

IOANNIS LEGIONENSIS IVRIS Con. Salmanticensis ad titulum Pandectarum de Rebus Dubijs commentarius.






OCTAVVS IAM AGITVR ANNVS, EX quo ius ciuile Romanorum in hac inclyta Salmanticensi Academia publice profiteri cœpimus, quo tempore cum quatuor institutionum libros Iustiniani principis, nonnullos etiam Pandectarum & Codicis titulos difficillimos, sexdecim responsa prudentum, & totidem imperialia rescripta obscurissima, omnia fere à Bartolo iuris nostri choryphæo repetita, duabus quotidianis prælectionibus interpratatus fuissem, & specialibus Iuris ciuilis quæstionibus obscurissimis explicandis operam dedisem, operæpratium me facturum existimaui: si hoc anno generalia præcepta de rebus dubijs & iuris ac facti quæstionibus decidẽdis interpretarer, quæ ex professo traduntur in titulo digest. de rebus dubijs, ideo illũ titulũ qua potui diligentia interprætari, & quam superiori anno fidem obligaueram, sequi decreui. sed temporis iniuria (qua in nostrarũ prælectionum exordio luce destituimur, & extremam illam diei partem nox occupat) moram fecit, & quantum nobis in votis erat festinare non siuit. Vnde cum è republica fore existimarem post ferias Natiuitatis Christi Dei optimi max. legem quidam relegatus sextam huius tituli interprætari, & nec dum legis secundæ enarratio explicata esset, vt morem gererem his qui ægrè fecerunt, legem aliquam sine scholastica interprætatione omitti: legem tertiam, quartam, & quintam, in auditorum gratia tipys mandare decreui, quibus ad communem omnium vtilitatem adiungimus scholia nostra ad rubricam & priores eiusdem tituli leges, eisdem verbis quibus à nobis dictata fuerunt, quæ sine vlla nuncupatione, ex iure quiritum potestis vendicaræ, cum ab eo proficiscantur, qui se & sua non studia modo, sed & cætera omnia vestra esse his monumentis iam diu testatus est. Non audeo polliceri maiora, qualia ætas nostra & vestra in me beneficia postulabant, nam quod aut iam est in me facultatis,

A aut

aut fuerit aliquando in quibus versor studijs partum, huius Academiæ obsequio consecraui, & binis prælectionibus studiosæ iuuetutis animos vera iuris prudentia semper informare decreui, à quibus non tantum temporis vacat quantum huic rei sufficiat, quòd si vacauerit aliquãdo Hispanicam eruditionem ab exterorum calumnijs pro virili vendicare curabo vallete fœlices.



DOCTOR IOANNES LEGIONENSIS

ad titu. v. lib. xxxiiij. Digestorum de rebus dubijs scholia.

1 *Dubium ambiguum & obscurũ, qualiter interse conueniant, vel differant.*

2 *Chrisipi & Diodori, de ambiguo sermone controuersia.*

3 *Vniuersæ iuris quæstiones ad quatuor locos referuntur.*

4 *Quid sit Amphibologia, & eius exempla ex veteribus legibus.*

5 *De Antinomia, seu legibus contrarijs.*

6 *De duarum sectarum perpetua dissensioné.*

7 *Nullam esse in libris nostris Antinomiam.*

8 *Quid faciendum sit cum iura inter se collidi videntur.*

9 *Variorum iurium ratio ex fonte æquitatis deducta.*

10 *Scripti & Voluntatis quæstiones, potius ad Rhetores, quam ad iurisconsultos spectant.*

11 L*egatorum & fideicommisorum differentia vetus.*

12 *Interpratatio. l. si hæreditas. §. fin. ff. de testamentaria tutela l. & si non adscripta. C. de fideicommis. liberta & similium.*

13 L.3. §. *fin. ff. de adimen. lega. interpratatio.*

14 L.*cum auus. ff. de cond. & demonstrat. rationi dicatur.*

15 *Legatorum & fideicommissorum diferentia à Iustiniano sublatæ.*

16 E*x paritate rationis licet legem extendere.*

17 O*b male ductam similitudinem* I*urisconsulti reprahensi.*

18 *Licet verba dessentiant ex paritate rationis leges extendi possunt.*

19 E*tiam in limitatorijs & exorbitantibus fit extensio.*

20 E*xtensio fidei debet etiam in correctorijs.*

21 *Extensio locum habet etiam in pœnalibus.*

22 *De factis quæstionibus.*

23 *L. iuris ignorantia. l. error. l. Regula. ff. de iur. & fac. ignor. vera ratio.*

24 *L. admonendi. ff. de iureiurando. l. non puto. ff. de iure fisci interpratatio.*

25 *Iurisconsulti & magistratus non ad facti sed ad iures quæstiones respondebant.*

26 M*os Sceuolæ respondendi de iure.*

27 *Variarum legum explicatio.*

28 L.*eum. §. iudicibus. ff. de iudicijs, explicata.*

29 *Nonnullas esse in iure nostro leges indubitatas.*

30 *Communis interpratatio huius rubricæ confutata.*

31 *Vera explicatio & continuatio huius rubricæ.*

1 Vbium & Ambiguum idẽ esse docet Iulius Paulus in. l. vbi est. 22. infra isto titulo, nam quemadmodũ dubium dicitur quod duas vias habet, sic ambiguum quod in ambas partes agi potest. l. vltrum ff. de

ff. de petitione hæreditatis. l. in ambigua. 18. ff. de legibus. Obscurum autē dicitur quod nullo modo intelligi potest. l. semper in obscuris. 9. l. in obscuris. 114. ff. de diuer. reg. iur. antiqui. l. si legatario. §. fin. ff. de fideicommissa. liber. Inter ambiquum & obscurum illud interest, quod in ambiguo & dubio plures viæ se offerūt, & incertum est, vtram quis eligere debeat, in obscuro nihil est, quod attendatur nec aliqua elucet via, quod eleganti exemplo explicāt Marius Salomonis ad. l. omnes populi ex nu. 31. ff. de Iust. & Iur. Corrasius in. l. quoties in stipulationibus. 80. num. 3. ff. de verbo. obliga. Petrus Pechius in regula cum sint partim. 10 num. 5. de reg. iur. lib. 6.

2 Chrisipus omne verbū Ambiguū natura esse dicebat. Diodorus nullum esse verbum ambiguum sed obscurū, vt refert Aulus Gelius. lib. 15. noctiū Athicarū. c. 12. sed hæ sophisticæ verborum subtilitates à iurisconsultis non admituntur, & ideo sub hac rubrica non solū de dubijs sed etiam de obscuris agitur, vt constat ex. l. Paulus. 1. & 2. ex. l. quoties. l. vbi. l. cū queritur cū alijs huius tit.

3 Verum omnis quæstio, quæ apud magistratum iudicem vel arbitrum tractatur, & rem dubiam facit: aut iuris est aut facti: quęstiones iuris ad quatuor locos referri possunt ex Rhetorum sententia, quam illustrant Alciatus lib. 1. Parergon. cap. 7. Duarenus ad tit. ff. de legibus. ca. 7. Primus est de ambiguo seu Amphibologia, sequens de Antinomia seu legibus contrarijs, tertius de scripto & sententia, extremus de ratiocinatione aut colectione: de quibus singulis separatim dicendum est.

4 Ambiguum seu Amphibologia authore Festo lib. 1. de verb. signifi. dicitur oratio dubia & incert, aque in ambas partes agi potest. cuius exemplum poni potest in lege Atinia, qua rerum furtiuarum vsucapionem prohibitam fuisse testantur Paulus in. l. sequitur. 4. §. quòd autē. ff. de vsucap. Iustinianus in. §. furtiuæ iust. eod. cuius verba talia fuisse (quod surreptum erit eius rei æterna authoritas esto) refert Gelius lib. 17. noctium Aticarum. capit. 7. nam cum verbum, erit, non solum ad præsens & futurum, sed etiam ad preteritum referatur. l. verbum erit. ff. de verb. signi. docet Aulus Gelius vbi supra: orta fuit controuersia inter veteres Iurisconsultos Quintum Sceuolā, Brutum, & Manilium, an lex. Atinia etiam ad præterita furta pertineret. Simile exemplum erit in illa stipulatione (Chartagini dare spondes,) cum sint duæ Chartagines & in illa (sticum dari) cum sint duo aut plures stichi. l. vbi est infra isto tit. & in illa ratione (aio te AEacida Romanos vincere posse) de quo Ambiguo late Cicero. lib. 2. de inuentione, Fauius Quintilia. lib. 7. institutionum. cap. 9. Aulus Gelius vbi supra Alciatus lib. 2. derb. sig. columna. 39. & li. 3. colu. 109. Prateius de verbis iuris verbo Ambiguitas, Corrasius de Iurecuili in artem redigendo. cap. 14. & de eius interprætatione tractant Paulus & Iulianus in. l. in ambiguo sermone. 3. in. l. quoties in actionibus. 12. in. l. vbi est. 21. infra isto tit. vbi nos late.

5 Antinomia dicitur conflictus duarum aut plurium legum quæ siue naturales siue ciuiles sint genere suo nūquā pugnāt inter se, hoc est vna alteri directe nunquā est cōtraria vt Fauius ait, adeo vt licet duarum sectarum perpetua quasi disensio fuerit vt refert
6 Pomponius in. l. 2. §. post hunc. ff. de origene iuris, explicāt late Aymarius Riualius lib. 1. hystoriæ iuris ciuilis, Antonius Contius lib. 1. lectionum
7 successiuarum. cap. 12. tamen libri nostri ea diligentia compositi fuerunt vt in eis nulla supersint antiquæ dissensionis vestigia. l. 2. §. nulla itaque. C.

de vetere iure,enucle.l.1.§.tollendis.
C. de Iuſtinian. Codice confirman.
docet Iuſtinianus in conſtitutione de
confirmatione digeſtorum ad ſenatus
& populos omnes, & in conſtitutio-
ne.1.de conceptione digeſtorum quę
præpoſita eſt libris Pandectarum Flo
rẽtinarum, quidquid ſcripſerint Val-
la lib.6.elegantiarum.cap.59.Budęus
in.l.vlt.ff. de ædilitio ædic: nam licet
quædam primo aſpectu pugnantia vi-
deantur,tamẽ ſi rerum, negotiorum,
cauſarum perſonarum, temporum,
qualitatum differentijs, confuſa diſtin
guamus,& caſum à caſu diſcernamus,
omnia concordia eſſe apparebunt.
Sed licet leges genere ſuo nunquam
pugnent inter ſe, caſu tamen contingẽ
te, euenit vt interdum colidi videan-
8 tur, quo caſu ſemper ſuperius præce-
ptum ſequendum eſt,& inferius flecti
debet vt cedat ſuperiori, vt docet Ci-
cero lib.2. de inuentione,explicat ele
ganter Duarenus ad titulum de legi-
bus.c.10.idem ad.l. primam in princ.
9 ff.de pactis. Vnde cum ſalus populi ſu
prema lex naturę ſit,(vt docet Cicero.
lib.1.de legi) & ea ſalus litium multi-
tudine maximopere lædatur, ad con-
ſeruationem illius præcepti ſupremi
merito in ducta fuit vſucapio. l. 1. ff.
de vſucapio.& in ductum vt ex nudis
conuentionibus nulla oriatur obliga-
tio.l.iuris gentium.§.ſed cum nulla.ff.
de pactis,& ex antidorali obligatione
nulla detur actio,contra naturalia prę
cepta quorum alterum cum aliena ia-
ctura quemquam locupletari vetat.l.
nam hoc natura.ff.de condic. in debi-
ti,alterum iubet fidem datam ſeruari.
l.1.in principio.ff.de pactis.l.1.in prin
cipio.ff.de conſtituta pecunia.l.ſtichũ
§.naturalis.ff.de ſolutio. Alterum be-
nefacientibus gratiã haberi iubet, qua
etiam ratione contra naturam indu-
cta fuit ſeruitus,& liberorum ex hære
datio permiſſa, ſi erga parẽtes fuiſſent
ingrati, & alia ſexcenta ſimilia.

10 Tertius locus eſt de ſcripto & ſentẽ
tia aut volũtate, vnde frequentes exo-
riũtur quæſtiones, quæ potius ad Rhe
tores quam ad iuris conſultos ſpectãt,
vt obſeruant Alciatus lib.1.Parergon.
c.7.Viglius in princi.inſtit. de hæred.
inſtitu.nume.7.de quibus latè Quin-
tilianus lib. 7.inſtitution. cap. 7. & in
his ſemper voluntas legis præfertur
ſcripturæ.l.non dubium.C.de legibus
l.contra conſequen. l. ſcire leges. ff.
eod.l.3.C.de lib. præte. l. Labeo in fi-
ne. ff. de ſupellectili legata, & conſtat
ex varijs exemplis relatis ab Alciato
lib.1.de verb.ſignifi.colum.7.Sed du-
bitabilius eſt an volũtas teſtatoris, quę
pro lege habetur, authe. de nupt.§.diſ-
ponat colatione. 4. text. in principio
inſt.de lege fal. cũ alijs: ſcripturæ præ-
feratur vel è contra ſcriptura volunta
ti,& iure antiquo in inſtitutionibus &
legatis in quibus verborum ſolemni-
tas neceſſaria erat. l. quoniam. C.de
teſta.l.in legatis.C.de legatis, ſola vo-
luntas verbis deſtituta inutilis erat,vn
de qui ſeruum proprium ſine liberta-
te hæredem ſcripſit, quamuis velit eũ
liberum eſſe, cum ſine libertate hæ-
res eſſe nequeat, tamen quia ex ſola
voluntate ſine verbis ſeruus liberta-
tem directam vel legatariam conſe-
qui nõ poterat, inſtitutio inutilis erat,
ante nouam Iuſtiniani cõſtitutionem
in.l.quidã.C.de nece.ſer.hæred. inſti.
in.§.idemque iuris inſt. qui ex cau.ma
nu. non licet in princ. inſt. de hæred.
inſtit.ſed cum in fideicõmiſſis ſola vo
luntas ſpectetur. l.penul.ſupra de leg.
1.l.cum proponebatur ſupra de leg.2.
l.nutu.ſupra de leg.3.notant Cuiacius
ad Vlpianum titu.25.in prin. Gouea-
nus in. l. ex facto.§. fin. ff.de vulg. vo-
luntas ſcripturæ ferebatur, ideo ex ſo-
la tutellæ datione, ſeruus olim fidei-
cõmiſſariam libertatem conſequeua-
tur & per eam tutor eficiebatur. l. &
ſi non ad ſcripta.C.de fideicom. liber
l.hæreditas.§.fin.verſ.quid enim.ff.de
teſtam.

testamẽ.tute.l.generaliter.§.siquis tu
torem ibi petere per argumentũ à con
trario sensu.ff.de fideicõmiss.lib. quæ
iura in hunc modũ præter vulgarem
interpretum opinionem explicanda
13 sunt: & eadem ratione intelligi debet
tex.in.l.3.§.fi.ff.de adimen.lega.vbi fi
deicõmissa sequutis capitalibus inimi
citijs adimũtur ipso iure, legata nõ ni-
si opposita exceptione doli mali. De-
14 nique ex his principijs intelligi debet
text.in.l.cum acutissimi.C. de fidei-
commissis in.l.cum auus.ff.de condi.
& demonst. cum alijs dum probant
ex coniectura voluntatis à Papiniano
facta fideicommissa ipso iure resolui.
15 Verum noua constitutione Iustinia-
nus legatorum & fideicommissorum
differentias substulit in.l.2.C.commu
nia de legatis in.§. sed nõ vsque inst.de
leg. quo iure non minus legata quam
fideicommissa ex nuda testatoris vo-
luntate pendent & voluntas etiam in
legatis scripturæ præfertur ideo me-
rito post eam constitutionem indu-
ctum fuit in.d.l.quidam.C. de neces-
sa.serui. vt ex sola scriptura institutio-
nis seruus directam libertatem & hæ-
reditatem consequeretur & vt ex so-
la tutellæ datione seruus conseque-
retur libertatem directam, in princi-
pio inst. qui testamento tutores dari
poss.
16 Vltimus locus est de collectione seu
ratiocinatione, nam ex rationis pari-
tate licet legem extendere ad casum
similem in lege non compræhẽsum.l.
non possunt.l. nam vt ait.l. neque le-
ges cum sequen.ff.de legibus.l. quęsi-
tum.ff.de testibus.l. non solum.§. qui
primi pilum.ff.de excusa.tuto.l.illud
ff.ad legẽ aquiliam quem locum ele-
ganter tractant Arist.lib.1.politi.ca.6.
& lib.5.ethi.& lib.1.Rhætori.cap.35.
Cicero lib.3.officio. loquens de Tito
Claudio, Centimalo, Quintilianus
lib.7.institutionũ.c.8.qui accurate le-
gendi sunt cum nullus locus pericu-
losior sit nã in ratiocinatione & colle-
ctione ipsi quoque iurisconsulti ple-
rũque decipiuntur ideo ob male du-
ctam similitudinem Aristonem & Pe
dium repræhendit Vlpianus in.l.in-
ter stipulantem.§.si stichum &.§. sa-
cram.ff.de verbo.obliga. Ratiocina-
tionis exempla occurrunt in.l.2.§.
quid si curatores.ff. ad Tertulianum
in.l. siquis id quòd.ff. de iurisd.omn.
iud.in.l. oratio.ff.de sponsal.in.l. hæc
sententia. ff. de testamenta. tute. in.l.
Gallus.§. & quid si tantum.ff.de liber.
& posth.in.l.filium.ff. ad Macedonia.
in.l.si filius. C. eod. in.§.1.inst.de legi.
patron.tutella & alibi passim. Quod
adeo generale est vt procedat quam-
uis verba dissentiant, quia nihil ma-
gis repugnat quam testatum & inte-
statum esse.l.ius nostrum cum simi-
libus.ff. de regulis iuris, & tamen ex
paritate rationis Papinianus hæc simi
lia credidit de vno casu ad alium in-
ferens in.l.causa cognita.ff. de vulga-
9 ri. Quod procedit etiam in limitato-
rijs & exoruitẽtibus à iure communi,
vt communiter obseruãt interpretes
nouiores in.l. si cõstante.ff.soluto ma
trimonio.Alciatus lib.2.de verb.sig.
folio.47.cum sequentibus Corrasius
de iure ciuili in artem redigendo.4.
parte. ca.8.In correctorijs autem re-
ceptum est, extensionem fieri non
debere, quamuis militet eadem aut
maior ratio, vt docet Bart.in authen.
quas actiones.num.8.&.9.C. de Sa-
crosan. Eccles. idem Bart. in authen.
qui semel. C. quomodo & quando iu
dex numero.7.idem Bart. Alexan. &
cæteri in.l.2.ff. de leg.1.& receptam
opinionem testantur Ias.in.d.authen.
quas actiones nume.17.&.22.& plu-
res alij, quos refert additio ad Bart. in
d.authen.quas actiones nume.9.pro-
quibus facit text. in.l. præcipimus in
fine.C.de appellatio.in.l. facimus.C.
de testam. Quibus non obstantibus,
verius est etiam in correctorijs exten

sione fieri de casu ad casum: pro qua sententia primo facit, quòd Theodosiana constitutio qua cautum: est lucra nuptialia parentibus non adquiri, quæ correctoria est iuris veteris, quo omnia quæsita per filium patri adquiruntur. l. 1. §. quodcunque. ff. si quis aparen. fue. manu. l. placet. ff. de adquirenda hæredit. quamuis de viro loquatur, ad sponsam extēditur, in. l. nō fine. 5. C. de bonis quæ liberis. 2. facit legem Iuliam de fundo dotali iuris antiqui correctoriam esse: & tamen ex paritate rationis ad sponsam extendi, quamuis de vxore loquatur. l. 3. ff. de fundo dotali, denique facit, legem Iuliam miscelam correctam fuisse à Iustiniano in fœminis, in. l. ambiguitates. C. de indict. vidui. tollen. & ex. paritate rationis eandem correctionem extendi ad viros. in. l. fin. C. eod. quibus argumentis eam sententiam ex antiquoribus defendit Fulgosius. in. l.
21 de quibus. ff. de legi. ex nouioribus Corras. vbi supra. Sed an in pœnalibus ex paritate rationis fieri possit extensio, dubitauilius est, & receptum fuit in pœnalibus non fieri extensionem, vt resoluit communis in. d. l. si quis id quòd. ff. de iurisdi. omni. iud. Alciat. lib. 2. de verbo. signifi. folio. 53 argumento tex. in. l. interpætatione ff. de pœnis. in. l. factum. §. fin. ff. de regul. iur. quibus non obstantibus verius est etiam in pœnalibus, fieri debere extensionem, iusta tex. in. d. l. si quis id quòd. ff. de iurisdi. omn. iud. in. l. 3. ff. de incen. rui. & naufra. in. l. 3. ff. ad legem Pompeiam de parri. quibus accedit feudum amitti, nō modo ex causis relatis in. c. obertus: in quibus causis fedum amittatur in vsibus feudo. sed etiam in similibus, aut maioribus ca. 1. §. porro quæ fuit prima causa benefi. amitten. in vsibus feud. Rursus mulier quæ ob non petitum tutorem, filio impuberi eius hæreditate priuatur, eadem pœna afficitur si non petat curatorem. l. 2. §. quid si curatores. ff. ad Tertylianum, & receptum est, filios non modo ex quatuordecim causis exhæredari posse, sed etiam ex æqualibus aut maioribus. & hæc de iuris quæstionibus.

22 Quæstio facti est, cum non constat an factum sit id super quo lis orta est, & hæc quæstiones præ ceteras præcipue appellantur dubiæ, quia ius finitum esse potest & debet: facta plerūque etiam prudentissimos fallunt. l. 2.
23 ff. de iuris & facti ignoran. & ea ratio est, cur ignorantia facti non iuris excussat. l. iuris ignorantia. 4. l. error. 8. l. regula in princi. ff. de iuris & facti igno. regula ignorancia de regul. iur. lib. 6.

24 Ex quibus explicari debet tex. in. l. admonendi versiculo solent. ff. de iureiurando, in. l. non puto. ff. de iure fisci, in quibus dubiæ causæ nō dicūtur, quoties queritur de iure, sed quoties de facto queritur, & iudex ignorat in quam partem magis inclinet, propter paritatem probationum, quia probationes actoris & rei æquales præsumptiones habent, quo casu eligere potest iudex cui deferat iusiurandum, & secundum eum pronunciare qui iurauerit, iusta tex. in. d. versiculo solēt, vel contra fiscum respondere. d. l. nō puto, quod recte animaduertit Duarenus lib. 2. disputationum aniuersariarum. cap. 33. nam si actor plene nō prouauerit, causa dubia non erit, cum certo certius sit, reum & si nihil præstet absoluendum fore. l. qui acussare. C. de ædendo.

25 Et hæ facti quæstiones: non tam Iurisconsultorum quā Rhetorum sunt, ideo eas Gallus Aquilius ad Ciceronem referebat, quod Vlpianus, & Marcelus probant, in. l. idem. ff. de statu homi. in. l. mora. ff. de vsuris, & licet olim iurisconsultis & magistratibus moris fuisset ad iuris quæstiones respondere. l. cum quem. ff. de iud.


iud. ad quęstiones facti non responde-bant. l. non estatim. ff. ad legem Flauiã de plagiarijs. l. seie. §. fin. ff. de fundo instr. d. l. eum quem: vnde Seruidius Scæuola qui inter Corypheos iuris consultorum à Modestino numeratur, in libro de excusationi. tutor, & pluribus laudibus ornant Alciat. lib. 4. Parergon. cap. 1. Duarenus in. l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de verb. obliga. ad facti quæstiones nunquam respondebat, sed plerumque responsis suis adijciebat: secundum ea quæ proponerentur respondi: interdum dicebat de iure non quæri, aliquando respondebat ad iecta qualitate, quæ ad factũ respiceret. ex quibus intelligi debent
27 tex. in. l. lutius. 91. §. colegio. ff. de lega. 3. in. l. Tauerna. ff. de fundo instructo in. l. seiæ. §. vltimo. ff. eod. in. l. Imperatores. ff. de probatio. in. l. cum maritus. §. Titius. ff. de pactis dotalibus, in l. à testatore. ff. de condi. & demonst. in. l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de verb. obliga. quem Scęuolæ morem respondendi de iure, cum interpretes non percepissent, in horum iurium explicatione defecerunt, quæ omnia eleganter explicat Duarenus in. d. §. Augerius nume. 10. & hæc facti quæstiones, in arbitrio iudicantis esse dicuntur, in. l. 1. ff. ad senatus consul. turpilianum, in. l. ordine. ff. ad municipalem: vnde intelligi poterit text. in. d. l. eum quem. §. iudicibus dum ait: quęstiones facti materiam gratiæ seu ambitionis tribuere, quem text. eleganter explicat Duarenus lib. 1. disputatio. aniuer. c. 41. & hæc de iuris & facti quæstionibus breuiter ad variorum iurium interpretationem dixisse sat sit.

29 Sed cum receptum sit, omnes leges debere seruire de dubio. l. quòd labeo infra de Carboniano ædicto vbi notat glos. l. ancilæ. C. de furtis cum similibus: merito dubitarunt vniuersi cur rubrica nostra inscriuatur de rebus dubijs, quasi solę leges huius tit. ad quæstiones seu res dubias decidendas latæ sint, & licet verius sit, non omnes leges seruire de dubio, sed plura esse Imperatorum & Iuris consultorum responsa in dubitata. l. quæris (ibi sed ea res nec dubitationem habet). ff. de natalibus restituendis: veluti lex. 1. C. de bonorum posses. cont. tab. l. non est dubium. C. de legat. l. non dubium. C. de legibus. l. incerti iuris. C. de interdictis, & plures similes leges maxime Iustiniani principis qui vt clemens erat: ad quascunque propositas sibi species respondebat, vt contra receptam omniũ opinionẽ argute defendit Corras. in. l. si testamẽto num. 11. C. de impub. non tamen ex hoc tollitur difficultas, nam licet interdum in dubitatæ quæstiones legibus decidantur, tamen totum ius ciuile dubijs quæstionibus decidendis conditum fuit.

30 Vnde Bart. in præsenti respondet: omnem quæstionem quæ rem dubiã, vel ancipitem redit, aut iuris esse aut facti vt supra late probatum est. & in omnibus aliorum titulorum legibus agi de quæstionibus iuris: in legibus huius tituli de facti quęstionibus. Quę interpretatio conuincitur non modo quia in alijs titulis facti quæstiones deciduntur, vt cõstat ex innumeris exẽplis, quæ in singulis titulis passim occurrunt: sed etiam quia in hoc titulo deciduntur iuris quæstiones in. l. Paulus. 4. in. l. quidam relegatus. 6. §. fin. cum duabus legibus sequentibus infra eod. Quibus & alijs opinionibus reiectis ego existimo rubricam nostram inscribi de Rebus dubijs, quia in omnibus fere legibus speciales quæstiones dubiæ iuris vel facti deciduntur, in hoc tamen tit. generalia præcepta traduntur, & præterea ex huius tituli responsis alia præcepta colliguntur ad res dubias decidendas, & licet his præceptis non modo in vltimis voluntatibus sed etiam in cõtractibus ac legibus explicandis vti possimus:

simus:

simus:tamen hoc loco hic titulus collocatus est, quia hæc dubia præcipue incidunt in testamentis, nam in his vt plurimũ aliquid scriptum reperitur ambiguum, vel obscurum. Ex quibus manifeste cõuincitur erro eorum qui crediderunt, inter vltimarum voluntatum titulos de rebus dubijs agi, quia si aliqua dubitatio inciderit in contractibus semper contra stipulatorem interpretãda est, quia coniecturæ huius tituli, non minus ad contractus, quam ad vltimas voluntates pertinent, vt recte obseruat, Nicholaus Valla de rebus dubijs tractatu.1.n.12. quibus omnibus cessantibus debitori potius quã stipulatori faueri iura postulant. l. Arrianus. ff. de obli. & actio.



LEX PRIMA.

PAPINIANVS LIBRO SEPTIMO responsorum.

VNDVM Mæuianum aut Seianum Titio legauerat. Cum vniuersa possessio plurium prædiorum sub appellatione fundi Mæuiani rationibus demonstraretur. Respondi, non videri cætera prædia legato voluisse defunctum cedere, si fundi Seiani prætium à fundi Mæuiani prætio non magno pecunia destingueretur.

D Efenditur recepta lectio huius. l. à calumnijs Criticorum.

2 *Cõmunis interpratatio Azonis varijs argumentis confutata.*

3 *Secunda interpratatio rogerij.*

4 *Quando generi per speciem derogetur ad variorum iurium explicationem.*

5 *Alternatiua inter totũ & partem an resoluatur in coniunctam, & explicata. l. quintus Mutius vers. plane. ff. de auro & argento legato.*

6 *Rogerij interpratatio confutata.*

7 *Vera interpratatio huius. l.*

8 *Coniectura Papiniani pluribus argumentis probatur.*

9 *L. cum seruus. 39. §. scio. ff. de leg. 1. interpratatio.*

10 *L. qui ex pluribus. 106. ff. de verborum obliga. explicata.*

11 *L. qui duos. 20. ff. de leg. 1. interpratationes cõfutatur, & verus sensus indicatur.*

12 *De electione legati incerti, & l. si domus. ff. de leg. 1. interpratatio.*

13 *In legato alternatiuo an electio ad hæredem, vel ad legatarium pertineat, & iura inuicem pugnantia.*

14 *Recepta Accursij interpratatio nouis argumẽtis probata.*

15 *De varijs generibus legatorum & legati vendicationis & damnationis differentia non vulgaris.*

6 L.cum res.§.sed si Stichus.ff.de leg.1.interpratatio.

7 L.si ita relictum.44.§.fin.ff.de lega.2.verus sensus.

18 L.lutio.ff.de leg.2.& simil.explicatio.

19 Accursij sententia explossa & Doneli error cō confutatus.

20 In legato generali, an sit electio heredis vel legatarij.

21 L.si seruus legatus.111.§.cum homo.ff.de lega.1.verus sensus.

22 L.si à substituto.§.hæres & similiū explicatio.

1 CVm lex intelligi non possit si de verbis aut vera lectione dubitetur, sciendum est in nonnullis condicibus extrema verba huius legis de tracta negatione legi in hunc modum (à fundi Seiani prætio magna pæcunia distingueretur) vt testatur Accursius hic verbo Seianū, & altier huius text. sententiam subsistere non posse, obseruat Octomanus libri 1. obseruationum .c. 3. mouetur ea ratione, quia si prętium fundi Seiani ab vniuersa possessione fundi Mæuiani nō magna pæcunia distingueretur: cætera quoq; prædia legato cæderent, quod cum Papinianus neget in versiculo respondi fatendum videtur, eorum prædiorū prætia magna pecunia distingui. Sed in Pandectis Florentinis, libris Norcis & in omnibus tam æditis quam manu scriptis codicibus: quos videre mihi contigit legitur, addita negatione. quæ electio verior & purior est, vt testatur Accursius in præsenti verbo Sei anum, & verbo si fundi, & post antiquiores, sequuntur Eguinarius Varo & Donelus hic Ludouicus Rusardus in notis perpetuis ad hanc legem. Antonius Augustinus lib. 1. emendationum cap. 3. Ioannes Robertus libr. 2. receptæ lectionis iuris. capi. 6. Nec obstat superius argumentum, quod facile dilui potest si cō sideremus: Papinianum in illis verbis à fundi Mæuiani prætio: non loqui de vniuersa possessione plurium prædiorum, sed de Mæuiano minori & particulari, vt singulari coniectura probat Robertus vbi supra. Verum secundum vtranq; literam, idem erit huius legis sensus, si modo retenta afirmatiua: fundum Mæuianum, ad vniuersam possessionem plurimū prædiorum referamus, retenta litera negatiua, ad Mæuianum minorem, vt recte obseruant Cinus & Raynerius quos referūt & sequentur Paulus hic nume. 1. Socinus nu. 11.

Iusta quam literam, tex, noster duas principales lecturas habet prior est Azonis, relacta ab Accursio hic verbo Seianum, quod cum Mæuius Titio amplum fundum legasset: à nomine prioris domini Mæuiani nomen fundo impositum fuit. Titius gratia comodioris culturæ in plures partes diuisit, & cum totus fundus diceretur Mæuianus & eo nomine rationibus patris familias demonstraretur: vni ex his partibus Mæuiani fundi nom impositum fuit, mox Titius fundum Mæuianum aut Seianum legauit, quæritur de quo Mæuiano senserit, cum Mæuiani fundi vox ambigua sit, & tam ad vniuersam possessionem plurium prædiorum quam ad Mæuianum minorem referri posit, Papinianus respondet: quod si prætium fundi Seiani, qui erat in altera parte alternatiuæ non magna pecunia distinguebatur à prætio fundi Męuiani minoris, de minore sensisse intelligitur testator, & ideo cætera prædia legato nō cedent. Quod si Seianus magis æqui valleat vniuersæ possessioni plurium prædiorum, intelligitur testator de vniuersa possessione sensisse: & hæc est recepta ferme omnium interpratatio huius legis.

Sed licet omnibus placeat: mihi nō probatur & conuincitur sequentibus argumentis. Primo ex text. in l. Caius 88. §. Titius. ff. de legat. 2. vbi probatur fundo legato deberi omnes partes diuissas gratia comodioris culturæ, ergo

go cum eandem de causa fundus Mæuianus totalis diuisus fuerit: omnes partes diuisæ debebuntur. Nec satisfaciunt, qui respondēt in specie huius legis Mæuianum minorem deberi, quia ex altera parte alternatiue sumitur coniectura: testatorem de minore sensisse, cum Seianus Mæuiano minori equivalet, nam effectus alternatiue est, coniicere voluntatem, vt constat ex lege nostra non inuertere, certum autem est eam inuerti si fundo Mæuiano legato, sola pars diuisa gratia commodioris culturæ præstaretur. cū appellatione fundi veniat totus fundus, nisi testator aliud exprimat. l. plane. 34. §. penultimo & fin. ff. de legat. 1. l. quod in rerum. §. siquis post. ff. eod. l. locus. 60. ff. de verb. sig. quā difficultate oppræssi interpræres, cogūtur respondere, ex vna parte alternatiue, alteram non solum declarari, sed etiam restringi, quod ego absurdum esse existimo, & nullo iure probatur. Secundo quia si Męuianus fundus, gratia cōmodioris culturæ diuisus fuisset, vnus fundus esset non plures dict. §. Titius & tamen plura prædia fuisse constat ex litera nostræ legis, ibi (cętera prędia) ergo diuisio non fuit facta gratia comodioris culturæ.

3 Vnde Rogerius relatus à glosa hic verbo Seianum in fine, aliter legem nostram intelligendam putat, vt constituamus Titium diuisisse fundum Mæuianum in partes: & vni parti imposuissem Seiani fundi nomen, vnde Seianus, appellationi fundi Mæuiani continebatur, quo casu Mæuianum aut Seianum disiuntiue legauit, & Papinianus respondet, Mæuiani appellatione, cætera prædia præter Seianum contineri, quia quoties alternatiua cadit inter totum & partem, totum non compræhendit partem. Pro qua interpræratione primo facit text. in capit. generi de regul. iur. libr. 6. in. l. in. toto. 81. ff. de diuer. regu. iur. Secundo facit clausulam generalem non referri ad specificata. l. doli clausula. ff. de verb. obliga l. sanctio legum. ff. de pœnis. l. cohærendi. §. qui partem. ff. de vul. l. cum ex filio §. filio. ff. eod. l. alimenta. §. Basilicæ. ff. de alimen. & ciba lega.

4 Nec obstat tex. in l. legata in prin. ff. de supelectili lega. in. l. cum delanionis §. cui fundum &. §. quidam, & in. l. quæsitum. §. penul. ff. de fundo instru. dum probāt, quod quoties alicui legātur genus & species, generi per speciem non derogatur, quia loquūtur, vbi genus & species legantur, copulatiue tex. noster quoties legantur disiunctiue, vt recte obseruat Bart. hic nu. 4. quem sequuntur vniuersi.

5 Minus obstat tex. in. l. Quintus Mutius versic. plane iuncta. glos. verb. quę vxoris supra de aureo & argento lega. dum probat. ꝙ quoties alternatiua cadit inter totum & partem, resoluitur in coniunctam, nam reiectis varijs interpræxationibus & distinctionibus, Bartoli & aliorū hic, respondendū est tex. illū loqui, vbi prius nominatur partes, deinde totum, quo casu disiunctiua, resoluitur in coniunctam, text. nostrum vbi prius nominatur totum deinde partes, quo casu species eximi videtur de genere, vt rectissime animaduertit Paulus hic num. 4.

6 Sed licet hæc interpræratio in se verissima sit, text. nostro minime conuenit, & conuincitur sequentibus argumentis. Primo quia iuxta eam, cætera prædia præter Seianum, legato cederent, quod Papinia. negat, in vniuers. respondi non videri. Secūdo quia ociosa essent extrema verba text. (si fundi Seiani prætium à fundi Mæuiani prætio non magna pecūnia distingueretur) quia in distincte verum esset, de fundo Seiano in prima parte alternatiue non sensisse.

7 Vnde ego existimo. l. nostram præter interpræturm opinionem intelligendam esse de eo, qui cum fundum Mæuia-

Mæuianum amplum haberet,eum in plures partes diuisit,non commodioris culturæ gratia: vt falso crediderunt interpretes: sed vt plura prædia efficeret,& vnum ex his,specialiter appellauit Mæuianum, cum vniuersa etiã omnium prædiorum possesio: rationibus patrisfam. eo nomine demonstraretur,deinde Seianum aut Mæuianum legauit.queritur de quo Mæuiano senserit,an de vniuersa possesione plurium prædiorum, vel de Mæuiano particulari: Papinianus ex altera parte alternatiue coniecturam sumit & respondet, videri testatorem de Mæuiano particulari sensisse, si prętium fundi Seiani à prętio Mæuiani particularis non magna pecunia distingueretur,& hanc esse existimo genuinam huius tex. interpretationem.

8 Iuxta quam ex.l.nostra deducitur,ex vna parte alternatiue, alterius partis ambiguitatem declarari. quæ sententia probatur,non solum quia vna pars testamenti per alteram declaratur.l. qui filiabus. 17.l. si seruus plurium.§. si numerus supra delega.1.l. nummi. supra delega.3.l.hæredes.§.sed& si non tam supra detestam.l. Plautius.l. species supra de aur. & argẽ.leg. sed etiã, quia quatenus in vno dilexit testator præsumitur in altero dilexisse. l. vtrũ in fin.infra isto titulo.§. & si ex dispari bus inst.de vulg.quibus accedit, quòd natura electionis hæc est, vt detur inter res æquales aut parum distantes, nam si plurimum distant,non tam electio data,quam vna res legata videtur l.si ita relictum.44.§.fin.ff.de leg.2.l. si ita.109.ff.de ver.oblig.

9 Sed obstat difficilis tex.in.l.cũ seruus.39.alias incipit,apud Iulianum.§. scio.ff.delega.1.vbi testator, fundum Cornelianũ legauit. cũ plures eiusdẽ nominis haberet, in qua specie, sine vlla distinctione, Iuris con.respondit minoris prætij deberi: sed omnem difficultatem tollunt extrema verba illius tex.(nisi maiorem potuerit docere legatarius) quibus significatur, facti aut voluntatis esse quæstionem, in qua coniecturæ aut contrariæ probationes non excluduntur,satis autẽ probat legatarius in.l.nostra testatorem de maiori sensisse. si fundi Seiani prætiũ à prætio fundi Mæuiani maioris nõ magna pecunia distingueretur.

Verum cesante hac coniectura, quoties non apparet, an Seianus æqui valeat, Mæuiano maiori vel minori, vel cum fundus Meuianus solus legatus est, vel Seianus & Mæuianus coniunctim, ex duobus Mæuianis debebitur is qui minoris prætij est.d.§.scio l.semper in obscuris.9.l.semper in stipulationibus.34.ff.de diuersis regul.iur.l.si ita relictum.44.§.fin.supra de leg.2.l.si ita scriptum.14.in fin. supra de leg.1.l.nominis.25.supra.de leg.3.

10 Nec obstat tex.in.l.qui ex pluribus 106.ff.de verb.oblig.dum ait, eum deberi quem debitor elegerit, nam minimus & quem debitor elegerit,idem est,cum certum sit,eũ quòd minus est electurũ.d.l.si ita relictum.44.in prin. & in.§.fin.ff.delega.2.quod recte notat.glo.ver.minorem in.d.§.scio.

11 Nec obstat text.in.l.qui duos.20. ff.delega.1.vbi in eadem specie respõdet, legatarij esse electionem nam reiecta interpretatione Acursij ibid.verbo legatarij existimãtis in illa lege non à principio sed ex post facto hærede diferente eligere huiusmodi electionem legatario dari, quæ conuincitur ex verbis eiusdem tex. & reiecta alia interpretatione eiusdem Accursij existimantis,illud specialiter fuisse receptum in vltimis voluntatibus earum fauore,quæ manifeste conuincitur ex tex.in.d.§.scio: Respondendum censeo tex.in.d.l.qui ex pluribus & in. d. l.cum seruus. §.scio, loqui de stipulatione & legato obscuro, vbi testator de certo corpore sensit de quo tamen sense-

senserit nō apparet, quo casu, quia parū abest quin omnino propter incertitudinē nullū sit. l. si fuerit infra isto tit. l. duo sunt Titij. ff. de testamentaria tutela, & hoc legatum ex humanitate consistat, boni debet consulere legatarius, si vel minimum consequatur. l. si ita sit ad scriptum. 14. ff. de legat. 1. l. semper in obscuris. 9. ff. de diuer. reg. iur. cæterum tex. in. d. l. qui duos, non loquitur de legato incerto, quoniam ibi non apparet testatorem de certo sensisse, sed cum duos seruos haberet, ita legauit, Titio vnum ex seruis meis do, lego, quod legatum, non est incertum, cum testator non cogitauerit de certo, sed est generale, in quo electio pertinet ad legatarium §. si generaliter. Inst. de legatis. quæ interpretatio, euidenter probatur, ex tex. sing. l. legato generaliter. in princ. & in vers. si de certo, dum probat: legato generaliter relicto, legatarij esse electionem, fundo tamen legato, vel lance legata, si testator de certo fundo, vel lance senserit, hęredis esse electionē, quia legatū non generale sed incertum est, in quo minimum, vel quod hæres elexerit præstandum est.

22 Nec obstat text. in. l. si domus. 74. supra de leg. 1. vbi testator domū simpliciter legauit, & cum de certa domo sensisset, nec appareret de qua: electio legatario datur potius quam hæredi, & tamen, legatum non est generale, sed incertum. Cui difficultati respondendum est, quod licet lex illa, secundum literam Florentinam, legatario tribuat electionē, his verbis, (cogentur hæredes quam vellet domum ex his quas testator habebat legatario dare) tamen in eisdem libris, desiderantur hæc verba (cum de certa domo testator senserit, non tamen apparet de qua) quibus verbis detractis: lex illa non de legato incerto, sed de generali loquitur, in quo certum est, legatarij esse electionem, quod si illa verbā retineamus, vt retinēt, omnes fere tam ædicti quam manu scripti codices, legendum est: (cogentur hæredes quam domum volent legatario dare) vt habetur in libris noricis, vel (cogetur hęres quā domū volet) vt habetur in alijs libris, iusta quā lectionem hęredi permittitur electio, si legatum incertum sit, hæc de electione legati incerti.

23 Sed diligenter inuestigandum est: an in legato alternatiuo, de quo loquitur Papinianus in præsenti, electio sit hæredis vel legatarij, & hæredis esse electionē, defendit glos. hic verbo Seianū, cui similis in. l. penult. verb. incorrupta. C. de verb. sign. Pro qua sententia, primo facit, in alternatiuis debitoris esse electionē. c. in alternatiuis. de reg. iur. lib. 6. quod in contractibus aut stipulationibus perpetuum est. l. plerumq; versi. fin. ff. de iure dotium. l. si in emptione. §. penul. ff. de contrahen. empt. l. si ita. ff. eod. l. 2. §. Sceuola. ff. de eo quod certo loco. l. si quis. C. de condi. indeb. §. huic autem. Inst. de actio. vnde infertur, idem quoq; dicendum in vltimis voluntatibus ex regula text. in princi. Inst. de lege fusi. cani. tollen. quod in specie probant Iurisconsulti in. l. cum res. 49. §. & si Stichus supra de leg. 1. in. l. si eis cui, & in. l. si ita relictum. §. vlt. ff. de leg. 2.

Contra tamen, non esse electionem hæredis sed legatarij probat text. expressus in. l. planè. §. si ita Titio. ff. de le-

24 gat. 1. in. l. Lucio. 23. ff. de leg. 2. quam difficultatē ita cōponit Accursius in d. l. Lucio. verb. vendicare. vt si verba testatoris legantis dirigantur ad legatarium, eius sit electio, iusta text. in. d. l. Lucio. & in. d. l. planè. §. si ita Titio. sed si dirigantur ad hæredem electio sit hæredis iuxta text. in. d. §. sed & si Stichus & in. d. l. si ita relictum. §. fina. quam distinctionem probat idem Accursius in. l. si is cui. 19. verb. permissum. ff. de lega. 2. sequitur Bart. Cumanus

nus, Angelus & alij, in d.l. Lucio & re
ceptã testãtur Io. Igneus. in.l.3.§. si cũ
oẽs.n.73.ff.ad Silanianũ, Romanus in.
l.2.§.si ex his.n.19.ff.de ver.obli.Ias.in
§.huic autẽ.nu.6.inst.de actio. Did.de
Coua.in.c.indicãte de testa.n.3.quæ di
stinctio, non minus in cõtractibus quã
in vltimis volũtatibus locũ habet iusta
tex.in.l.si sic stipulatus.93.ff.de verb.
obli. Pro qua recepta interprætatione
15 facit, inter quatuor legatorũ genera,
quæ referũtur ab Imperatore in.§.sed
olim inst.de leg. Vlpiano in fragmentis
tit.24. Iulio Paulo lib.3.receptarũ sen-
tentiarũ tit.6. Constanti. Armeno.lib.
5.epithome Iuris ciuilis tit.10. legatũ
vẽdicationis appellari, cuius verba ver
sus legatariũ diriguntur hac formula,
do, lego. capito, sumito, seu habeto le-
gatũ dãnationis, ꝙ ad hæredẽ refertur
hac formula: hæres meus damnas esto
dare, dato facito, hæredẽ meũ dare iu-
beo, vt constat ex Vlpiano, Paulo &
Caio vbi supra, & in legato vẽdicatio-
nis, ꝙ ad legatariũ referebatur. electio
legatarij erat, si res alternatiue aut dis-
iũctim legaretur, in legato damnatio-
nis, ꝙ referebatur ad hæredem electio
erat hæredis vt docet Vlpian.d.tit.24.
ver. optione, his verbis (Titio hominẽ
dare hæredis electio est) ꝙ manifeste
indicat Celsus in.d.l.si is cui.19. supra
de leg.2. vbi hæredi damnato stichum,
aut Pamphilium dare, tribuit electio-
nem, non damnato hærede, eandem
electionem legatario concedit.

Ex quibus Primo explicari debet
text.in.d.l.cũ res.§.sed si stichus supra
de leg.1. qui hæredi electionẽ permit-
tit, vt intelligatur, de legato damnatio-
nis, ꝙ patet. quia per vẽdicationẽ iure
antiquo, dũ taxat legatari poterant illę
res, quæ vtroq; tẽpore ex iure quiritũ
testatoris fuerunt mortis, & quãdo te-
stamẽtum faciebat, vt docet Vlpia.in
fragmen.d.tit.24. vers. per vendicatio
nẽ, ꝓbat text in.l. Stichus seruus meus.
ff.de manumi.testa.in.l.pro pemodũ.
88.ff.de ver.sig. quæ iura, ex his princi
pijs explicari debẽt. Vnde cũ alter ex
seruis legatis, testamenti tẽpore, apud
hostes fuerit fatendum est, legatũ per
damnationẽ fuisse relictũ. Secũdo ex-
plicari debet text. in.l. si ita relictũ.44.
§.si. supra de leg.2. vt intelligatur de le-
gato dãnationis, vt indicant illa verba
(decem atquin decim hæres dato.)

Tertio interprætari debent text. in
d.l. Lucio, & in dict. l. plane. 34.§. si ita
Titio: vt intelligantur, de legato ven-
dicationis, vt indicat tex. in dict.§. si ita
Titio ibi sibi habeto. Quarto ex eisdẽ
principijs deducitur: falsam esse sen-
tentiam glosæ hic. dum ait, in legatis al
ternatiuis, semper hæredis esse electio
nem, nisi testator contrarium expræsse
rit: sic explicans legem nostram, vbi te
stator legatario nominatim electio-
nem dedit, quæ sententia conuincitur,
non solum, quia in legato alternatiuo
vendicationis legatarij est electio,
vt supra probatum est, sed etiam quia
lex nostra, non minus intelligi potest
electione hæredi quam legatario data
quia si eligeret: Mæuianum soluere
potius quam Seianum, & e legatarius
de totali hæredes de particulari testato
rem sensisse dicerent, ambiguum ex-
plicari deberet, coniectura huius legis.
Vnde merito reprehendendus est Do
nelus in præsenti dum ait: nullam quæ
stionem fore in specie huius legis. si hę
res electionem haberet. qui quem ipse
vellet, non posset recusare legatarius.
nam licet hæres electionem haberet
inter Mæuianũ & Seianũ, tamen inter
vniuersam possessionem pluriũ præ-
diorum & Mæuianũ minorẽ non ha-
bebat electionẽ, sed necessario præsta-
re debebat eum. de quo testator sensit.

Vltimo inuestigandum est, cuius sit
electio in legato generali, nam legatarij
esse electionem, probat text. in.l. si ser-
uus legatus.111.§. cum homo, in.l. le-
gato generaliter. 37. in.l. si domus.
74. iuxta literam Florentinam. ff. de
legat.1. in.l.2. supra de optione legata.
in.§. si generaliter instit. de legat. con

D cord:

cordat tex. in l. 23. tit. 9. part. 6. Ex cõtrario tamen, electionem non ad legatarium sed ad hæredem pertinere, probat tex. in l. si à substituto. 47. §. hæres in l. si quis à filio. 32. §. si quis plures. ff. de legat. 1. in l. 4. ff. de trit. vin. & ol. legat. cum alijs. In qua difficultate, reiectis varijs opinionum procelis, dicendum est: in legato generali vendicationis, legatarij esse electionem, in legato damnationis, electionem esse hæredis, vt eleganter docet Vlpian. in fragmentis titul. 24. vers. optione, qui locus, quia corruptus & turbatus est, ita restitui debet (optione autẽ legati per vẽdicationẽ data, legatarij electio est: veluti, hominẽ aptato eligito. Idẽq; est si tacite legauerim Titio hominẽ. at si ita, Hæres meus damnas esto hominem dare, hæredis electio est.)

Ex quibus verbis constat: homine generaliter legato, per vendicationẽ, electionem esse legatarij, per damnationem autem hæredis. Vnde text. in dict. §. cum homo, qui electionem tribuit legatario cum similibus: intelligi debent, de legato vendicationis, quod patet ex illis verbis (cui potestas sit qua actione vti vellit.) Ex quibus constat, ita demum legatarij esse electionem, si legatarius actionis electionem habeat at huiusmodi actionis electio dumtaxat habebat locum in legato vẽdicationis. ex quo iure antiquo variæ actiones competebant. l. quod legatur ff. de iud. l. cum filius. §. varijs supra delegat. 2. l. huiusmodi. §. vltim. iuncta l. sequenti supra delegat. 1. quia ex legato dãnationis, iure antiquo, sola actio personalis competebat. l. i. in princ. C. commun. delega. & ita nulla erat electio actionis. Vnde constet ad legatũ vendicationis, text. illum necessario referendum esse. Rursus text. in d. l. si à substituto. §. hæres, intelligendus est de legato damnationis, vt constat ex illis verbis (dare damnatus) & ad idem genus legandi, referri debent cetera iura similia.

LEX SECVNDA.

Papinianus libro nono responsorum.

Cluibus ciuitatis legatum, vel fideicommissum datum ciuitati relictum videtur.

1 *CIuitates & municipia olim nec hæredes institui, nec legata percipere potuisse, & huius iuris ratio indicatur.*

2 *Francisci Duareni sententia confutatur.*

3 *Origo fideicommissorum, Diui Augustini oratio, taciti fideicommissi fraus.*

4 *De senatus consulto Aproniano quædam non vulgaria ad variorum iurium explicationem.*

5 *Duplex error confutatur & indicatus ciues certos esse numero ciuitatem incertum corpus esse.*

6 *Principalis huius legis difficulta.*

7 *De Metonimia & de figurato loquẽdi genere.*

8 *Interpretatio Azonis varijs [illegible] confirmata.*

9 *De legato relicto administratoribus ciuitatis à consanguineo,*

10 *L. hæreditate. ff. de Castren. pecul. l. cum allegas. C. eod. tit. libr. 12. interpretatio singularis.*

11 *Amicitia consanguinitati præfertur.*

12 *Relictum ab amico administratoribus, non adquiritur ciuitati.*

13 *De legato relicto administratoribus expressis proprijs nominibus, recepta omniũ sentẽtia*

14. Eius-

14 Eiusdem sententia ratio explicata.

15 Legata propter afectionem relinquũtur, & explicata. l. 3. §. fin. ff. de adim. leg. §. incertis. §. fin. inst. de leg.

16 Communis sententia legistarum confutatur & defenditur canonistarum opinio.

17 Latens & tacitus etiam ergà ignotos instinctus & expli. l. extraneũ. C. de hæred. inst. cum alijs.

18 Cap. requisisti. de testam. & authen. de Ecclesiasticis titul. § interdicimus interpratatio.

19 Delegato relicto quibusdam ex administratoribus communis oppinio cõfutatur & noua defenditur.

20 Si qualitas rei legatæ non conueniat ciuitati, legatũ personis adquiritur.

21 De militia seruo legata.

22 Si legatarius rei legatæ comertium nõ habeat, an legatum inutile sit vel æstimatio debeatur?

23 L. mortuo boue. §. Labeo. ff. de leg. 2. l. multum interest. ff. de verb. oblig. interpratationes confutantur.

24 Acursij & veterum distinctio & variorum iurium interpratatio probatur.

25 Prima lectura huius legis varijs argumentis confutata.

26 Secunda lectura huius legis.

27 Coiectura Papiniani ratio cõmunis cõfutatur.

28 Noua & singularis huius legis interpratatio.

29 Varia coniecturæ & argumenta quibus Papiniani interpratatio confirmatur.

30 Relictum ciuitati pium esse.

31 Indifinita relata ad personas æquipolet vniuersali.

32 Varia limitationes huius legis.

33 Legatum canonicis relictum non adquiritur Ecclesiæ sed personis.

34 Relictum monacho vel monachis in distinctè adquiritur monasterio.

35 Relictum monacho an intelligatur monasterio relictum? canonistarum sentẽtia nouis argumentis probatur.

36 Legatum monacho licet monasterio adquiratur non intelligitur monasterio relictum.

37 L. cum senatus infra isto titulo interpratatio.

38 L. filio familias. ff. de cond. & demonst. verus sensus.

39 Decedẽte monacho nec adita nec repudiata hæreditate substitutus monasterio præfertur.

40 Duo casus quibus religioni fauetur,

1 DIfficilis est hic tex. dum ait ciuibus legatum ciuitati relictum videri cum olim, ante nouam cõstitutionem. l. hæreditatis. C. de hæred. instit. ciuitates aut mũcipia institui non potuerint, nec relicta capere vt docet Plinius lib. 5. epistolarum epistola ad Caluisium his verbis (nec hæredem institui, nec percipere posse rempublicam constat) & quamuis Plinium irrideat Balduinus, in. §. incertis inst. de leg. verissima est Plinij sententia, vt constat ex Vlpiano, qui in fragmentis tit. 22. ita scripsit (nec municipia, nec municipes, hæredes institui possunt, quoniam incertum corpus est, vt neque cernere vniuersi, neque pro hęrede gerere possunt, vt hęredes fiant) quod remota authoritate iuris ratio manifeste demonstrat, quia hæreditas adquiri non potest nisi cretione, aut pro hærede gestione, vt docet Vlpianus. d. tit. 22. versi. extraneus cũ sequẽtibus: at ciuitas, nec cernere, nec pro hærede gerere potest cũ, incertũ corpus sit, ergo nõ poterit hæres esse. Rursus incertis personis legari non poterat. §. incertis inst. de lega. at ciuitas incertum corpus est: ergo constat, frustra ciuitati legari. Sed ex contrario, ciuitatem hæredem institui & legatum percipere posse, probat text. hic & in. l. si quis à filio. §. si parti in. l. si hæres. 79. §. vicis, in. l. ciuitatibus. 125. ff. de lega. 1. in. l. omnibus. ff. ad Trebelianum, in. l. municipibus. 96. infra de cond. & demonst. in. l. legatum ciuitati cum sequenti. ff. de vsufruct. lega & locus Vlpiani in fragmentis titu. 24. vers. ciuitatibus.

Cui difficultati, respondet Francis. Duare. in. d. l. si quis à filio. §. si parti iu
2 re antiquo, ciuitatibus relinqui nõ potuisse, iuxta sentẽtiam Plinij & Vlpiani, cui non obstat text. noster cum similibus supra citatis, quia nõ loquũtur de legato, sed de fideicõmisso; quod ciuitatibus relinqui poterat, quia subtilitatis iuris non æque seruabatur, in fideicommissis atq; in legatis, ideo quibus legatum relinqui non poterat, fidei-

deicommissum vtiliter relinquæuatur, vt cõstat ex Vlpiano in fragmen. tit. 25. vers. Latini. Verum hæc interpræctatio conuincitur Primo ex tex. nostro & in. d. l. si hæredes. §. vicis & in d. l. ciuitatibus, quæ non loquuntur de fideicommisso sed de legato, & apertius conuincitur ex his quæ scribit Vlpianus. d. tit. 24. versi. ciuitatibus. Secundo quia licet origo fideicommissorum hæc fuerit, vt in capacibus: quibus non poterat hæreditas vel legatum directe relinqui: per fideicommisum consuleretur, tamen, postea quam D. Augustus fideicommissa rata esse voluit, & obligationem habere iussit quemadmodũ legata, vt refert Iustin. in princ. inst. de fideicom. hær. & in prin. inst. de codic. Põponius in. l. 2. §. Diuus deinde Augustus. ff. de orig. iur. receptum fuit, vt his solis fideicõmissa relinqui possent: cum quibus testamenti factio esset, & palam relicta in capacibus & ab hærede soluta Fiscus auferebat. l. si postulante. §. fin. ff. ad Trebel. & inde duxit originẽ taciti fideicommissi fraus. l. cum quidam. §. in tacito. ff. de vsur. l. 2. in prin. l. nõ intelligitur. in prin. & in. §. si quis palam. l. ita fidei. ff. de iure fisci. l. in tacitis. ff. de leg. 1. l. cum tacitum. ff. de probat. l. in fraudem in prin. cum alijs ff. de his quibus, vt indignis. Vnde, si iure digestorum legata ciuitatibus relinqui nõ poterant: fatendum est nec fideicommissa relinqui potuisse. Minus placet diuinatoria & violenta interpræctatio eiusdem Duareni intelligentis: vniuersa hæc iura, in legato relicto à liberto eiusdem ciuitatis, qui non solum ciuitati suæ legare, sed etiã instituere rectè potest ex Senatus consult. cuius meminit Vlpianus. dict. tit. 22. vers. nec municipia.

4 Vnde, reiectis interpræctum erroribus ego existimo: iure antiquo ciuitates aut municipia, nec institui, nec legata capere potuisse, vt constat non solum ex authoritatibus Plinij & Vlpiani, sed etiã ex rationibus supra relatis: verum postea Senatus consulto Aproniano cautum fuisse, vt hæredes institui à suis libertis possent. l. vnica ff. de libertis municipũ, aliàs de libertis vniuersitatum, & vt fideicõmissariam hæreditatem etiam ab extraneo capere possent. l. omnibus. 26. ff. ad Trebelianum, docet Vlpianus dict. titu. 22. vers. nec municipia denique, vt legata & fideicommissa particularia eis relinqui possent. l. cum senatus 21. infra isto tit. & constat ex Vlpian. dict. tit. 24. vers. ciuitatibus, post quod senatus cõsultum meritò scripserunt prudentes in præsenti & in dictis iuribus: valere legata ciuitatibus relicta.

5 Ex quibus conuincitur error eorũ, qui existimarunt: legatum ciuibus relictum in specie huius legis, propter incertitudinem non vitiari: quia licet singuli ciues incerti sint: ciuitas tamẽ, cui legatum relictum fuisse interpræctatur Papinianus: certum corpus est qui error ridiculus est, & conuincitur primo quia ciues singuli qui sunt testamenti tempore, non sunt incerti numero. Secundo quia ipsa ciuitas incertum corpus esse dicitur ab Vlpiano. d. tit. 22. vers. nec municipia ibi. (quoniam incertum corpus est) quod ex ciuiũ mutatione, manifestè intelligitur, legatum tamen vallet, ex Senatus consulti Aproniani beneficio. Sed turpius errarunt dum crediderunt ciuitatem non potuisse olim institui eo solo, quòd hæreditatem cernere nõ poterat, hodie verò posse, sublata cretionũ solẽnitate in. l. cretionũ. C. de iure deliber. nã licet sine cretione, vel cum cretione imperfecta, hæres scriptus fuisset, quo casu non debeuat cernere sed pro hẽrede gerere, vt docet Vlpia. in frag. dict. tit. 22. nõ poterat hẽres esse, quia incertum corpus: quale est ciuitas: pro hærede gerere non poterat.

6 Sed difficilior est hic tex. dum ait, legatum.

gatum à ciuibus relictum ciuitati datum videri, nam cum voluntas testatoris pro lege seruanda sit.l. verbis legis.ff.de verbo.signifi.text.in princip. inst.de lege falc.in authen. de nuptijs. §.disponat.colatione.4.& velle intelligatur quod dixit.l. Labeo.§. id Tubero.ff.de supel. leg.l.illę aut illæ. 25. ff.de leg.3.docet Cicero in oratione pro Cecina, cum testator ciuibus legauerit & aliud sint ciues aliud ciuitas,
7 ciuibus legatum dari debet, non ciuitati, namquamuis per Metonimiam, contentum pro continente. & è contra continens pro contento interdum vsurpetur, figurato loquendi genere, tamen à verborum proprietate non aliter recedendum est, quam si constiterit testatorem aliud sensisse.l.nõ aliter.ff.de leg.3.nam alioquim, multa sequerentur incõmoda, vt docet Tullius.lib.2.de inuentione.

8 Qua difficultate oprꝑsus Azo, respondet text. nostrum intelligendum esse, delegato relicto ciuibus administratoribus ciuitatis, quod ciuitati datum intelligitur, quam interpraetationem sequũtur glos. hic verb.ciuitatibus, Odofredus. Barto.Alber.Paul. Castren.& cæteri communiter, vt testantur Socinus hic.nu.5.&.7.Ludo. Texe.d.col.2.inde de ducẽtes: legatũ administratoribus ciuitatis, vel Episcopo relictum, ciuitati vel Ecclesiæ. datum censeri. Pro qua sententia facit tex.in.c.Pontifices.12.q.3.in.c.requisisti extra de testa. in.l. annua.§. à Titia. ff. de annuis leg. in.l. filio infra de cond. & demonstr.l.si cognatis, infra isto titu.in.l.penul. C. de iure deli. cum alijs pluribus relatis à glos. verb. nominatorum in.d.§.à. Titia.pro quibus facit, quod quanuis actus conceptus expresso nomine proprio personalis videatur & personæ tribuatur. tamen expresso nomine appellatiuo dignitatis, realis videtur & dignitati competit.c.quoniam Abbas.extra de officio deleg. vbi notarunt omnes.l. si seruus communis.ff.de stipulatione seruorum.

9 Quæ conclusio fallit, quoties aliæ sunt coniecturæ, ex quibus dispositio personalis potius quam realis iudicanda sit. Ex quibus prior est, si legatum à coniuncto vel consanguineo relinquatur, nam licet administratori ciuitatis vel episcopo relictum sit, personæ adquiritur, potius quam ciuitati vel Eclesiæ. iuxta text. in. d. cap. requisisti & in authen. licentiam. C. de episco. & clericis. quia legatum à consanguineo relictum sanguineis cõtemplatione datum intelligitur. l. tutor petitus. 31. §. quæ tutoribus. ff. de excusa.tut. quam sententiam receptam testantur, Socinus in præsenti. nume.7. & plures alij relati ab Alciato de præsump. reg. 1. præsumptione.18.Couarru.in.d.cap.requisisti num.1.

10 Cui sententiæ non obstat tex. in.l. hæreditate.19.ff.de castrensi peculio, & in.l.cum allegas.C.de castrensi peculio mili.lib.12.quibus probatur hęreditatem non solum ab agnato, sed etiam à fratre relictã fratri militi, non sanguinis sed militiæ contemplatione relictam censeri. nã reiecta interpraetatione eorum qui respondent: semper sumendam esse eam cõiecturam, quæ legatario vtilior est, quam merito cõfutauit Corras.lib.2.miscelanearum. c.4.respondendum est in his iuribus, relictam fuisse hæreditatem fratri aut agnato, à fratre vel agnato eodemq; cõmilitone, vt constat ex tex. in.d.l.hæreditate ibi(commilitone)& in.d.l.cum allegas ibi(eodemq; commilitone) Quo casu. recte responsum fuit, militiæ contemplatione hæredi-
11 tatem datã censeri, quia amicitia consanguinitati præfertur vt docet Cicero lib.1.offitiorum & in Lelio. Vale. Maxi.lib.4.c.7. in prin.& alij quos diligenter cumullant, Tiraquellus in.l.

si vnquam verb. libertis nume. 96. & sequentibus. C. de reuocan. dona. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumptione. 28. quod & prudentes docent, apud quos, cum ordo scripturæ semper attendatur. l. generaliter §. si quis ergo. ff. de fideicommi. liber. l. quoties. ff. de vsufruct. l. si quis habens. ff. qui & a qui. manu. lib. non fiant, semper amici, in ordine scripturæ, consanguineis præferuntur, vt cōstat ex text. in. l. sed si plures. §. in arrogato in fine ibi (amicus vel cognatus) ff. de vulga. in. l. si seruos plurimum. §. vlti. vbi (legatari charitas & necessitudo). ff. de leg. 1. in. l. Theopompus ibi (amici mei & cognati). ff. de dote prælegata in. l. affectionis ibi (amicos vel necessarios). ff. de dona. Vnde amicitia cōtubernalis & societas militaris laborum & munerum consortium fratres & consanguineos chariores sibi inuicem reddunt, vt mirū non sit, à commilitone relictum, non tam sanguinis affectione quam militiæ causa datum videri. Quæ interpretatio, probatur ex tex. in. d. l. cum allegas ibi (etenim.)

12 Ex quibus plane constat: relictum ab eo qui valde amicus, vel familiaris est, administratori ciuitatis. vel pręlato sine dubio adquiri personis, potius quā ciuitati, vel Ecclesiæ, obseruat cōmunis, quam resoluunt Socinus. Texeda & alij, quos refert Couaru. in. d. c. requisisti num. 7. extra de testa. Pro quibus faciunt quæ notat glo. ver. debuisset in. l. in testamento. ff. de fidei commis. liber. quam exornant Hypolitus, Tiraquellus & Cota, relati à Coua. vbi supra.

31 Secunda coniectura est: si legatum relinquatur administratoribus, expræssis nominibus proprijs: quia tunc personis adquiritur non ciuitati, iuxta sententiam Canonistarum quam obseruat Cardin. in. d. cap. requisisti: sequuntur Bald. in. l. hac consultissima. C. qui testam fac. pos. Socin. in præsenti, num. 7. Pro qua facit text. in. l. si cōmunis seruus. ff. de stipul. seruo. & in. d. c. quoniam Abbas. Verum contrariam sententiam: videlicet ciuitati adquiri, licet relinquatur administratoribus expræssis nominibus proprijs defendit glos. ver. neq; est in. d. c. requisisti quam sequitur Bart. hic. n. 2. & magis communiter receptam testatur Couar. in. d. ca. requisisti: Pro qua sententia primo facit tex. in auth. de Ecclesiast. tit. §. inter dicimus dum probat relicta episcopis Ecclesijs adquiri: quoquo modo ad eos peruenerint. quod verbum quoquo modo significat omni modo. cap. 3. in prin. text. de homicid. & taxatiua solummodo excludit alias adquisitiones. l. ob ęs. C. de præd. min. Secundo facit text. in. d. ca. requisisti dum generaliter respondet relictum ab extraneo censeri relictū intuitu Ecclesiæ sine distinctione nominis proprij vel appellatiui.

14 Cuius opinionis rationem quamuis cogitandam relinquat Bart. ita explicat Couarru. vbi supra quod coniectura, quæ sumitur ex proprij nominis expræssione, eliditur contraria cō iectura fortiori. nam legatum semper
15 relinquitur propter affectionem sanguinis vel amicitię. l. nec adiecit. ff. pro socio. l. idemque. §. si. ff. mandat. l. fin. §. pen. C. de codicil. Vnde legatarij amici dicuntur. l. quidam relegatus. 6. infra isto tit. in. l. Pamphilo. 39. §. propositum supra de leg. 3. not. Forner. lib. 1. selec. cap. 19. ex quibus intelligi potest tex. in. l. 3. § si. ff. de adim. leg. dum probat, sequutis capitalibus inimicitijs ademptum censeri legatum ipso iure: fideicommissum opposita exceptione doli mali, & intelligi potest ratio text. in. §. fin. instit. de lega. dū probat iure antiquo legata pœnæ nomine relicta non valere: nam cum legata propter affectionem erga legatarios relinquantur, quæ non ex affectio

affectione proficiscuntur sed puniẽdi & terrendi hæredis gratia relincuntur, inutilia erunt, vt recte not. Baldui. & reliqui ibidem. Denique eadem ratione receptum est vt incertis personis legari non possit. §. incertis. Inst. de lega. & explicari debet tex. in d. l. quidam relegatus. 6. infra isto tit. quam recte interpræ tatur Baldui. in d. §. incertis. Vnde si testator nec amicus nec consanguineus administratorum sit, cessat ratio legandi & intelligimus testatorem non tam personis legatariorum quam ipsi Reipublicæ consulere voluisse.

16 Sed licet hæc sentẽtia receptior sit: ego à priori opinione Canonistarum non puto recedẽdum, quia licet verum sit cessante omni affectione ciuitati datum videri licet propria nomina administratorum exprimantur, tamen raro euenire potest vt intelligamus nullam affectionem erga personas legatariorum testatorem habuisse, nam affectio cum in animo sit cerni non potest, sed coniecturis intelligi debet, nec leuis est cõiectura affectionis legatum quod nominatim relinquitur, nec dici potest cessantè amicitia vel consanguinitate omnem pænitus affectionem cessare,

17 cum latens sit ac tacitus interdum etiam erga ignotos instinctus propter eruditionis aut virtutis celebritatem aut aliam rationem. Vnde etiam eos quos nunquam vidit testator hæredes institui posse probat tex. in l. extraneũ. C. de hæred. inst. in §. fi. Inst. eo. & Philostratus refert Aquillem & Elenam cum alter ad Troiam, altera in AEgypto moraretur & se quã nũque videre contingisse ad eam cõpulsos fuisse beneuolentiam vt post obitum eorum manes in Leuci Ponti insula mutua fuerentur cõsuetudine. Vnde in dubio semper credẽdum est: testatorem amore prosecutum fuisse legatarium & ea ratione legatũ reliquisse nisi contrarium coniecturis probari possit coniecturæ autẽ quibus contrarium potest suaderi eæ fere sunt quæ sequẽtur. Prior si cũ administratoribus quorũ nomina expræssit capitales inimicitias testator habuisset. Secunda si testator ignorauerit qui essent administratores & à tabellione vel testibus quæreret qui esset & eorum nomina ipsi autem testatori ignoti fuissent, quibus casibus aut similibus Barto. sententiam sequendam putarem, cessantibus autẽ his aut alijs coniecturis Canonistarum sententiam non solum veriorem sed etiã in praxi recipiendam crederem. Nec obstat text. in d. cap. requisisti, & in d. authen. de ecclesiasticis titulis. §. inter dicimus, quia locuntur vbi expræsso nomine appellatiuo dignitatis, episcopo legatum relinquitur.

19 Tertia coniectura erit, si legatũ nõ omnibus administratoribus sed quibusdam relinquatur, quia tunc non ciuitati sed personis legatum datum videtur, vt sensit Barto. hic quem sequũtur ceteri, vt testantur Socinus num. 7. Panormit. & reliqui in d. c. requisisti. Pro quibus facit quod administratio pœnes omnes administratores est non pœnes aliquos, & ita per aliquos eorum ciuitas non repræsentatur, nec ciuitati datum videtur quod aliquibus relictum est.

Verum hæc coniectura, quamuis recepta sit, mihi non probatur, & conuincitur: quia si aliquibus administratoribus nominatim legatum relinquatur ciuitati non adquiritur, non tam quod eorum parti legatum sit, quam quod expræssis nominibus proprijs legatum relictũ per-

personis adquiritur, potius quam ciuitati vel Ecclesiæ vt supra probabimus, quod si aliquibus legatū relinquatur nō expræssis nominibus, aut signo in dubitauili quod vi ce nominis fungitur. l. si nominatim. 34. ff. de condi. & demonst. l. quoties. §. si quis nomen. ff. de hæred. insti. l. 10. titu. 3. partita. 6. propter incertitudinē vitiabitur. l. duo sunt Titij. ff. de testam. tutel. l. si ita fuerit infra isto tit.

20 Quarta & vltima cōiectura erit, si ex qualitate rei legatæ aliud præsumendū esset vt obseruant Angel. & Alex. in. l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. quos sequitur Socinus post alios in præsenti. nume. 7. & 15. Pro quibus facit tex. in. d. c. requisisti, ibi (nisi forte) quæ sententia difficilis est, quia licet res legata nō cōueniret ciuitati nec eidem adquiri potuisset: nō tamen ideo minus, legatum ciuitati datum intelligi debet, sed præstanda est æstimatio ipsi ciuitati, quod patet, quia seruus militiam habere nō potest. l. super ser-

21 uis. l. fin. C. qui mili. po. vel. no. lib. 12. l. 2. C. de tironibus eod. lib. & tamen si seruo militia legetur non intelligitur domino legata, sed ipsi seruo & debebitur æstimatio. l. fideicōmis. §. si seruo alieno. ff. de leg. 3. l. sed si res aliena. 42. l. filiusfam. 118. §. si quid alicui. ff. de leg. 1.

Cui difficultati respondendum

22 censeo: legatum administratoribus ciuitatis aut episcopo relictum contra strictum iuris rigorem, pietatis coniectura ecclesiæ vel ciuitati datum censeri. Vnde interueniente alia fortiori coniectura, qualis est si qualitas rei legate nec ciuitati nec Ecclesiæ conueniret, prior coniectura cessabit & ipsis administratoribus datum intelligemus at legatū seruo relictum non censetur ipsi datum sola voluntatis cōiectura cum reuera eidem relictū fuerit, & ideo si res legata seruo non conueniat, non censebitur legatum domino datum, cuius mētio nulla facta est, sed æstimatio præstanda erit iuxta tex. in. d. l. fideicommissa. §. si seruo alieno cum alijs. Vnde si legatum non administratoribus sed ipsi ciuitati aut Ecclesiæ relictum fuisset, si res leguta eis minime conueniret, nec adquiri potuisset, præstanda esset æstimatio. Nec obstat text. in. l. multum inter est. 34. ff. de verbo. oblig. vbi in eadem spetie respondet Vlpian. inutilem esse stipulationem si stipuler rem quam habere non possum: cui pleriq; respondēt legem illam loqui in stipulatione, text. in. d. §. si seruo alieno loqui in legato cuius diuersa ratio est.

23 Sed obstat difficillimus tex. in. l. mortuo boue. 49. §. Labeo. ff. de lega. 2. vbi in eadem spetie probatur, legatum inutile esse. Cui defficultati, respondet Frācis. Duaren. in. l. sed si res. ff. de leg. 1. quē sequūtur ceteri nouiores, legatū eius rei quā legatarius habere nō potest inutile esse iuxta tex. in. d. §. Labeo, fideicō missum autem vallere iuxta tex. in d. §. si seruo alieno cum alijs. Quæ interprætatio, cōuincitur ex sequētib⁹. Primo ex tex. in. d. l. filiusfam. §. si quid alicui, qui cum de relicto generaliter loquatur non solum ad fideicommissum sed etiam ad legatum referendus est. Secundo ex tex. in. d. §. si seruo alieno, qui de legato loquitur, vt cōstat ex illis verbis (an domino quæratur legatum.) Tertio quia ille tantum res per fideicommissum relinqui possunt, quæ possunt per damnationem legatari, vt docet Vlpian. in fragmen. titu. 25. versic. res per fideicommissum. Vnde, si legatum illarum rerū inutile est, sequitur fideicōmissum non vallere, Vltimo cōuincitur, ex his

his quę supra latius ad huius legis in terpraetationem obseruauiamus. Quibus rationibus, haec interpraetatio nec ipsi quidem authori placet, qui tandem agnoscit inter haec iura contrahi Antinomiam. Minus probari potest interpraetatio Cuiatij in. §. non solum vers. nec adipisci inst. de leg. nec admitti debet temeritas eorum, qui literam horum iurium corrumpunt & violãt: quam merito reprahendit Duaren. vbi supra.

24 Vnde reiectis aliorum opinionibus, in hac difficultate mirũ in modũ mihi placet interpraetatio Acursij in. d. l. Sed si res verb. non habet, vt si rei legatę nullus comertiũ habeat legatum sit inutile. l. cum seruus. 39. alias incipit idem Iulianus. §. constat. l. Senatus. §. fin. ff. de leg. 1. §. non solum inst. de leg. aut rei legatae comertium nõ est haeredi sed alijs, & tũc legatum vallet. d. l. mortuo boue. §. Labeo. d. l. multum interest. ff. de verb. oblig. aut caeteri rei legatae comertium habent legatarius tamen non habet, & tunc siquidem propter delictum aut culpam suam legatarius comertio careat, legatum prorsus erit inutile. d. §. Labeo. &. d. l. multũ interest aut propter infirmitatem vel corporis vitium, & tunc, siquidem testator ignorauerit, legatũ inutile erit, siue ro id sciat legatũ vallebit & debebitur aestimatio. d. l. fideicommissa. §. si seruo alieno. ff. de le. 3. l. si res. l. filiusfam. §. si quid alicui. ff. de leg. 1. Quam interpraetationem sequuntur Bart. Angel. & antiquiores, vt testatur Paulus Castren. in. d. l. sed si res num. 5.

25 Haec de priori lectura huius legis, quae quanquam in se verissima sit tamen legi nostrae minime conuenit, & conuincitur sequentibus argumentis. Primo quia Papinia. in praes. de ciuibus loquitur, non de administratoribus vt ex legis contextura apparet nec restringi ad solos administratores sine manifesta violentia aut diuinatione potest, vt agnoscit Cardin. in. d. c. requisisti. Secundo conuincitur ex tex. in. l. Lucius. §. ciuibus supra de lega. 2. in. l. municipibus. 96. ff. de cond. & demonst. vbi non administratoribus sed ipsis ciuibus legatum relictum fuit & tamẽ Reipublice adquiritur.

26 Vnde secunda lectura nostrae legis est, vt intelligatur: delegato relicto ciuibus indifinite & sic omnibus, quod relictũ cẽsetur ciuitati nõ ipsis ciuibus vt singulis, iuxta text. hic, & in. d. l. Lutius. §. ciuibus supra delega. 2. in. l. municipibus infra de cond. & demonst.

27 Cui interpraetationi non obstat, volũtatem defuncti seruandam esse, quae cum ex verbis colligatur. l. Labeo. §. id Tubero. ff. de supellectili. leg. & testator ciuibus dixerit nõ ciuitati, dicendum videbatur legatũ ciuibus non ciuitati datũ videri. Cui difficultati, nõ satisfaciunt: qui respondent Papinianũ interpraetari ciuitati legatum datum videri, quia si ciuibus legatum interpraetemur propter eorum freqũetiam & multitudinem inane & derisoriũ futurum esset, quod inter plures diuisum ad minimum redigeretur. Nam conuincitur hęc ratio, Primo quia non eadem est in municipijs hominum copia aut freqũetia, quae legatum reddere possit inane, & tamen municipibus legatum municipio datum videri probat tex. in. d. l. municipibus. Secundo quia plerũq;, ad diuisionem singulorũ ciuiũ ciuitati legatum relinquitur quod ad Reipublicae honorem pertinet. d. l. ciuitatibus. 115. ibi (aut quod ad diuisionem). ff. de lega. 1. quam elegãter explicat Iacob Reuar. lib.

2. variorum. c. 16. & tamē propter ciuium frequentiam non est deriso rium legatum ad diuisionē relictū.

28 Vnde, reiectis aliorū opinionibus: ego ad verā & genuinam huius legis interpretationē (quam vt nec ante hac ego sic nec ante me vllus vt opinior intellexit) obseruandū censeo: in legato ciuibus relicto ciuiū appellationem ambiguam esse, & dupliciter accipi posse. Primo pro ciuibus singulis. Secūdo pro ciuibus vniuersis, & licet singuli ciues non sint ciuitas, vniuersi tamen ciuitas sunt, quod patet, quia ciuitas nihil aliud est quam cætus seu multitudo ciuiū vt ex Cicerone in somno Scipionis, Arist. lib. 3. & 7. politicorum, obseruauit Zasius in l. 2. 1. parte nu. 4. ff. de origine iuris, Prateius de verbis iuris verbo ciuitas. Vnde legatum ciuibus relictum ambiguum est, & merito dubitari poterit; an de singulis vel de diuersis: hoc est de ciuitate quæ æquæ proprie ciuiū nomine significatur: testator senserit & Papin. in præs. respondet, testatorem de ciuibus vniuersis hoc est de ciuitate sensisse, & legatū datum videri ciuitati potius quam singulis ciuibus, mouetur sequentibus coniecturis.

29 Prior est, q̄ ciuitati optimā causam habuit legandi testator, quam vt patriam charā habuit vel alia ratione dilexit: cur autē singulis ciuibus æqualiter legatum relinqueret nullam causam probabilem habere potuit, quia vero simile non est, eum omnes ciues suos æqualiter dilexisse nec maiorē erga notos, amicos, & consanguineus, quam erga extraneos & ignotos charitatē habuisse. Sequens est, quod singulis legatum præstandum esset, nimium oneraretur hæres diuersis singulorum ciuium petitionibus, quod si ciuitati dandum esset, vna sola esset petitio, & verosimile est, testatorē semper velle hæredem suum exonerare. l. vnū ex familia. 67. §. si rē. ff. de lega. 2.

30 Tertia coniectura est, quòd in dubio semper credendum est testatorem piæ causæ fauere velle. c. cū esses. c. relatū primo extra de testa. at ciuitati relictum cum ad publicā vtilitatem tendat pium dicitur. l. 1. §. vlt. C. de cadu. toll. l. ad institutiones. C. de epis. & cle. & ex Paulo Castr. & alijs, resoluit communem Tiraquel. de priuilegijs piæ causæ in præfactione prope finem vers. itē quidquid.

31 Pro quibus cōiecturis facit: quod in deffinita relata ad personas equipollet vniuersali. l. si pluribus. 45. l. si plures. l. turpia legata. §. fin. l. nominatū. ff. de leg. 1. l. reos §. fin. ff. de duobus reis. l. in vsu. infra de verb. signi. l. necessarias. §. si annua supra de pigno. actio. cū alijs. Vnde legatum ciuibus indifinite datū, ciuibus vniuersis datum intelligitur. Vnde cùm vniuersi ciues ciuitas dicatur, legatum ciuibus indifinite relictū ciuitati datum videri recissime interpretatus est Papin. & hanc esse existimo verissimum huius legis interpretationem, & dignissimam vt ab omnibus cognoscatur.

32 Verum cōclusio huius leges fallit, Primo quoties prohibitum esset relinquere vniuersitati vel collegio, nam eo casu singulis; relictum interpretabimur, vt obseruat Bart. in l. cum senatus. nu. 3. infra isto tit. idem in l. si communis seruus. ff. de stipulatione seruorum à communi receptus teste Socino hic num. 8 Pro qua sententia citari solet tex. in d. l. cum Senatus & in l. quoties in. 2. infra isto tit. cum alijs, fallit etiam alijs duobus casibus relatis à Socino hic num. 8.

33 Sed oportune dubitari potest: an lega-

lega-

legatum Canonicis relictum Ecclesiæ adquiratur, vel personis, & receptum est: relictum vni Canonico Ecclesiæ non adquiri relictũ tamen Canonicis in difinite ecclesiæ adquiri debere. quã sẽtẽtiã obseruat Bar. hic.nu.3. sequuntur Paulus Cast. & Cuma.impres. Ioannes andræas Immola & reliqui in.d.c.requisisti & receptã opinionẽ testãtur Texeira col. 2.Socin.n.12. hic. & alij relati à Couarru.in.d.c.requisisti num. 10. Pro qua sententia, facit tex.hic dum probat: ciuibus legatum ciuitati datum videri. Sed cõtraria sententia verior & receptior est, videlicet legatũ non Ecclesiæ sed canonicis adquiri; quã defendit glos.verb.non est in.d.c.requisisti, & in.c.pontifices.12.q.3. magis communiter recepta vt testantur Socinus hic.num.12. Couar.vbi supra pro qua sententia primo facit tex.in.l. pater.§.Tusculanus & quæ Bart.Notat.ff.de leg.3.vbi legatũ collegio templi, contemplatione personarum relictum censetur. Secundo facit tex.in.c. per exẽptionem de priuilegijs lib. 6. vbi probatur, aliud esse eximere Ecclesiam, aliud eximere canonicos eiusdem Ecclesiæ. Vltimo facit quod Ecclesia nõ repræsentatur à solis canonicis sed à canonicis, episcopo, & reliquis clericis. Nec obstat tex.hic dum interpretatur ciuitati relictum, quod ciuibus legatũ est, quia ciuium appellatio ambigua est, qua non minus significãtur ciues vniuersi, hoc ipsa ciuitas quam singuli. at Canonicorum appellatio non est ambigua, nec per eam Ecclesia propriè significatur, vt nec per solos canonicos repræsentatur.

34 Sed hæc de prælatis & clericis secularibus intelligenda esse admonet Bart. hic num.5. nam regulares qui non possant habere proprium. c. cũ ad monasterium de statu monachorum, in distincte adquirunt ecclesiæ iuxta tex.in authen.ingressi.C.de sacrosan.eccles.in.l.deo nobis.§.huius autem.C.de epis.& cle. Quæ sententia verissima est. Sed non inelegãter circa eam dubitari potest an si regulari vel monacho aliquid relinquatur ipsi monasterio legatum videatur, an monacho, vt per eum adquiratur monasterio & Ioan. And. quẽ sequitur cæteri Iuris pontificij professores existimat: monasterio legatum videri potius quam monacho, & sunt qui eius opinionem nouis argumentis cõfirmant. ex quibus prius est ex tex.in.l.cum Senatus infra isto tit. vbi probari putant: legatum relictum collegio cui coire non licet, quod collegio adquiri non potest singulis relictum videri. Vnde cum monacho rei legatæ dominium adquiri non possit consequens est, monasterio datum censeri. Sequens argumentum est, ex text.in.l.filiofam.infra de condi.& demonstra. vbi legatum relictum filio si in patris potestate manserit patri relictum videtur, idq; suo nomine petere potest, inde inferentes monasterio adquiri hæreditatem sine monachi aditione & ipso decedente aut transeunte ad aliud monasterium, antequam adeat monasterium posse adire hereditatem excluso substituto, quasi sibi & non monacho relictam, vt defendunt Ioan. And. in.c.in præsentia de proba. quẽ sequuntur iuris pontificij authores communiter vt testantur plures relati à Tello Ferdinando in. l. 6. Tauri num. 54. Quæ sententia mihi ridicula videtur, cum dubium non sit huiusmodi legatum non monasterio sed monacho datũ esse & monasterium non suo nomine, sed monachi petere debere legatum, siue monachus seruo siue filio comparetur, nam ius adeundi hæreditatem vel agnoscendi legatum coheret personæ ipsius monachi. l. qui hominem

34.§.quidā filiū. ff. de solutio. l. deo nobis.§.1.C. de epis. & cle. quia non inspicitur cui adquiritur sed cui honor habitus est.l.3.infra delegat.præstan. Nec quidquam refert: monachum in capacē esse dominij & ideo monasterio datum censeri: nám & seruus incapax est.l.quòd attinet. ff. de regul.iur.cum vulgaribus, & tamen.seruo relictum, nō censetur domino datum, vt dominus suo nomine petere posit.d.l.3.vers. nec enim quærimus, & ideo seruo viuo testatore mortuo, vel post mortem testatoris ante apertas tabulas defuncto, legatum caducum fit, vt recte notat Cuiatius in tractatu.2.ad Africanum ad legem filio fam.ff.de cond. & demonstra.

37 Nec huic sententiæ noua argumēta patrocinātur, nō prius ex tex.in.l. cum Senatus infra isto titu. quia non probat, relictum collegio cui coire non licet singulis deberi, sed legatū collegio illicito relictum non valere:quamuis valeat legatum quod relinquitur singulis & ad id quasi singuli homines admittantur. quem sensum manifeste depræhendet quicūque legē illam atentius per legerit, vt merito rediculi habendi sint ij qui singulos ad idem legatum collegio illicito relictum admittendos crediderunt.Sequens argumentum.l.filio familias infra de condi. & demonst. tantū ab est, vt eis faueat, vt in contrarium nullum sit argumentum eficatius, nam si vt patri vel domino legatum videatur, quod filio relictum fuit, opus est, vt sub illa conditione: si in patris vel domini potestate mansérit relinquatur, cesante ea conditione, ipsi filio, seruo, aut monacho datum intelligemus, non patri, domino, aut monasterio.

39 Vnde ipsi, malo posito fundamento nihil recte postea superstruere potuerunt: ideo aduersus Ioan. And. & receptam canonistarum opinionem verius est:ad hæreditatem monacho delatam non admitti monasterium, sed vulgarem substitutum decedēte monacho, nec adita nec repudiata hæreditate. Quam sententiam defendit Bar.num.23. in.l.1.ff. de vulga.& in.l.is potest num.13.ff.de adquiren. hæredi. à cummuni receptus, vt testantu. Socinus num.10.Ripa.num. 154.in.d.l.1.ff.de vulg.

Et licet suma ratio sit quæ pro religione facit.l. sunt persone.ff. de religio.& sump.fund. tamen sic sumus pię causæ in iustitia debitores, vt alijs iniustitiam facere nō debeamus, maxime cū monasterio faueamus duobus casibus frequentissime contingentibus. Prior est si monachus hæreditatem repudiet, nā cū interdum seruo interdum filio cōparetur, prout monasterio vtilius fuerit iuxta receptam opinionē Baldi in authen. in ingresi. C. de sacrosan. Eccles. cum vtilius sit in hac specie filio compara ri, quemadmodum repudiante filio admittitur pater ex beneficio legis vltimæ.C. de bonis quæ lib.ita repudiante monacho monasterium admittetur ad adeūdam hæreditatem. Sequens casus est si nec addita nec repudiata hæreditate trāsierit ad aliud monasterium. Quo casu primum petere potest in integrum restitutionē aduersus omissam additionē, & monachus quamuis in alio monasterio sit, cogi debet hæreditatē adire vt cōsuluit Corneus consil.88.volumi.2.

LEX

Paulus libro quartodecimo quæstionem.

IN ambiguo sermone non vtrumque dicimus, sed id dumtaxat quod volumus. Itaque qui aliud dicit quam vult, neque id dicit quod vox significat, quia non vult: neque id quod vult quia id nõ loquitur.

1 *Interpretatio Accur. & communis à calumnijs Socini & aliorum deffenditur.*
2 *Legatum generale & incertum ambiguum dicitur.*
3 *Vera ambigui explicatio, & Diodori error confutatus.*
4 *In ambiguo sermone spectanda est voluntas proferentis.*
5 *L. verbum erit. 123. ff. de verbor. signi. interpretatio.*
6 *Explicatio l. alienationis verbum. 28. §. oratio. ff. de verbo. signifi.*
7 *L. Rapienda. 168. §. quod factum. ff. de diuer. regu. iur. verus sensus,*
8 *L. 2. §. in hæreditate. ff. de hæredi. vel action. vendi. interpretatio.*
9 *Si non apparet quod actum fuit, sequendum est id quod verisimilius est.*
10 *L. cum vir vxori. 25. ff. de condi. & demon. l. insulam. ff. qui potio. in pign. habe. verus sensus.*
11 *Plures coniecturę voluntatis: quas à Rhetoribus Iuris consulti mutuati fuerunt.*
12 *Deficientibus coniecturis quod benignius est sequi debemus.*
13 *L. si hæres. 76. in princ. ff. de legat. 1. interpretatio.*
14 *L. Paula. § Pompeius supra de leg. 3. vera ratio indicatur.*
15 *Si pars æquitas sit nimium sequendum est.*
16 *Difficultas. l. si alij. ff. de vsufruct. lega.*
17 *Duplex interpretatio Accur. confutatur.*
18 *Vera interpretatio huius tex. & d. l. si alij.*
19 *Expenditur ratio secundę partis huius legis.*
20 *Testamentum Isác iure Romano non valere.*
21 *Difficultas secundę partis nostræ legis.*
22 *Interpretatio. l. non aliter. ff. de leg. 3.*
23 *L. librorum. §. quod Casius. ff. de leg. 3. explicatio.*
24 *L. 4. ff. de leg. 1. vera interpretatio.*

1 LEgem istam eleganti exẽplo explicat Accur. hic Scholio. 1. vide licet cũ habẽs duos Stichos Stichũ legat, vt in specie, tex. in. l. si quis à filio 32. §. si quis plures. ff. de legat. 1. cuius interpretationem sequuntur Barto. Alueric. Paul. & ceteri communiter vt testatur Socinus hic. n. 6. quę interpretatio displicet eidẽ Socino ea potissimũ ratione, quia quoties testator proprio nomine expræsso stichũ legat, vnũ dũtaxat legare videtur, quia de vno sensit, & proprio nomine expresso significauit, legatum tamẽ incertũ est, cuius declaratio ad hæredẽ pertinet, vt ad variorũ iuriũ explicationẽ obseruauimus in. l. 1. supra isto tit. at Paulus impræs. significat quòd quamuis in ambiguo sermone non vtrumq; dicamus, sermo tamẽ vtrũq; significat, ergo ad eã speciem lex nostra referenda non est.

2 Sed mihi Accursij & Bar. interpretatio valde probatur, quia licet Stichi legatum incertum sit, cum testator duos Stichos habet nõ tamen eo minus ambiguum dicitur, vt expræsse testatur idem Paul. in. l. vbi est. 22. ibi (veluti cum Stichum stipuler) infra isto tit. quemadmodum generale ambiguum quoque dicitur in. l. cum Stichus. 29. ibi (nam ambigua vox est decem homines). ff. de solutio. & generaliter ambiguum dicitur, quidquid ratione generalitatis, in certi-

certitudinis, vel equiuocæ significationis, in duas plures ve partis agi potest, & de his omnibus agitur in hoc tit. vt ex singulis legibus liquidius apparet, & ex his quæ obseruauimus Rubrica supra isto tit.

3 Nec obstat, eũ qui proprio nomine expræsso legat, vnum tantũ significare, nã licet propriũ nomẽ supprimatur nemo qui loquitur, duas aut plures res significat, quia nemo duas res dicit aut sentit, & tamẽ sermo plerũq; ambigu⁹ dicitur si is qui audit in duas plures ve sentẽtias verba accipere posit quia licet nullum verbũ ambiguũ sit ex acceptione proferentis, plerumque tamen ambiguum dicitur ex acceptione audientis, ex cuius. persona iudicari debet: an verbum ambiguum sit, quod non videtur à sequtus Diodorus relatus ab Aulo Gelio libr. 11. noctum Aticarum. c. 12. qui falso existimauit: nullum verbũ esse ambiguum.

4 Inter cætera autem quæ ad explicationem amphibologiæ vel ambigui dici possunt, illud imprimis meminisse opportebit: quòd in ambiguo sermone non vtrumq; dicimus sed id dumtaxat quod volumus vt docet Iulius Paulus hic Iur. Cõ. in. l. nepos Proculo vers. nam qui ambigue. ff. de verb. sig. vnde, in ambiguis orationibus semper spectandam esse sententiam & voluntatem proferentis probat text. l. in ambiguis. 96. ff. de regu. iur. quam eleganti ratione confirmat Cicero. in oratione pro Cecina, vel id sequendum est quod actũ fuerit. l. semper in obscuris. 34. ff. eod.

5 Ex quibus Primo explicari debet text. in. l. verbum erit. 123. infra de verb. sig. vbi codicili confirmati fuerunt testamento his verbis (quod in codicilis scriptum erit) queritur vtrũ ea verba ad futuros codicilos referantur, an etiam ad præteritos & ante scriptos Modestinos Respoudet: ambiguitatem orationis ex volũtate testatoris interpretãdam, esse cuius ratio est, quia vox (erit) ambigua est quæ nõ solum ad futurum sed etiam ad præteritum tempus refertur, iuxta tex. tibi & ea quæ notat Aulus Gelius libr. 17. noctium Aticarum. c. 7. in Ambiguo autem sermone spectãda est voluntas, quia id dicimus, ꝙ volumus.

6 Secundo intelligi debet text. in. l. alienationis verbum. 28. §. oratio. ff. de verb. sig. dum ait: orationem quæ neq; coniunctionem neque disiunctionem habet, qualis est illa: Stichũ, Pamphilum. Erotem dabis: ex mente pronuntiantis accipiendã esse pro coniuncta vel pro disiuncta. nã cum oratio illa ambigua sit & in ambas partes agi posit, videlicet tam in coniunctionem quam in disiũctionem, ex voluntate proferentis accipiet interpretationem, quia id dictum scriptũ ve intelligitur quod is qui dixit aut scripsit sensit.

7 Tertio explicari potest text. in. l. Rapienda. 168. §. quod factum. ff. de diuer. reg. iur. anti. dum probat: quòd si factum obscurum sit ex affectione cuiusq; interprætationem capit. qui tex. de ambiguo facto loquitur, nam quamuis ambiguum & obscurum inter se differant, tamẽ hæ scrupulosæ & sophisticæ verborum subtilitates à Iuris consultis non spectantur, quia alterum pro altero vsurpant, vt constat ex his quæ notauimus in Rubrica supra isto tit. Vnde factum ambiguum ex voluntate facientis interprætandum merito respondet Paul.

8 Quarto intelligi potest ratio text. in. l. 2. §. in hæreditate. ff. de hæredib. vel actio vend. vbi cum quæreretur, an verbum (quanta) quod est in stipulatione emptæ & venditæ hæreditatis. l. in illa stipulatione. 50. ff. de ver.

obliga.

oblig. [illegible] tempus [illegible] ratur, an ad tempus aditionis vel venditionis, Vlpianus respondet: id esse seruandum quod autum est, quia in ambiguis id primo inspiciendum & sequēdum est.

9 Sed si non appareat voluntas vel quod auctum est, sequendum est id, quod vero similius est sensisse proferentem. l. in obscuris. 116. ff. de diuer. reg. iu. vel quod credibile est cogitatum fuisse. l. cum in testamēto. 25. infra isto tit.

10 Ex quibus Primo intelligi & illustrari potest tex. in. l. cū vir vxor. 25. ibi (quod testatore verisimile nō est de his liberis sensisse). ff. de condit. & demonst. quem recte explicat Petrus Faber in. d. l. obscuris. 116. ff. de diuer. reg. iur. anti. Secūdo intelligi poterit difficilis tex. in. l. insulam. 14. ibi (sed verisimile est id actum). ff. qui potio. in pig. hab. quem vltra ordinarios ibidem recte explicant Bart. n. 2. Horos. n. 6. in. l. veteribus. ff. de pact. Petrus Fauer in. l. quoties. 67. ff. de diuer. reg. iur.

11 Hæc autē verisimilitudo aut probabilitas varis coniecturis explicari debet, quæ non tam Iurisconsultorū quam Rhectorum sunt & eleganter explicat Cicero libr. 1. de inuenti. & ad Hereni. à quo easdem coniecturas accepisse videtur Iulianus, qui in l. si seruus plurium. 53. §. si numerus supra de legat. 1. scribit; ante omnia exquirendum esse patris familias cōsuetudinem, quæ non leuis est coniectura. l. numis. 75. ff. de legat. 3. l. si cui annum. 13. supra de annuis legat. l. penul. ff. de alimen. & ciua. leg. l. ex vsu supra de trecti. vino & ole. legat. Deinde exquirendam esse consuetudinem regionis. d. l. numis. l. semper in stipulationibus. 34. ff. de diuer. reg. iur. l. cum de lanionis. §. asinam in fine supra de fundo instr. instru. quæ leg. Deinde dignitatem legatarij. l. sed & si suscepcrit. §. sed si proponas ff. de iudic. l. Titia. §. fina. supra de aur. & argen. leg. Post hæc necessitudinem & consanguinitatem. l. Aurelius. §. Titius testamento supra de libera. legat. Mox charitatem & dilectionem. l. si fuerit infra isto tit. l. si is qui. §. 1. infra eod. l. penul. supra de libera. lo. leg. Vltimo contextum scripturæ. l. nummis supra de leg. 3. l. qui filiabus. supra de legat. 1. l. hæredes. §. sed & si notam supra de testa. l. Plautius. l. species supra de Aur. & argen. legat. l. quoties. C. famil. hercis. l. in ciuile. ff. de legi. l. 1. supra isto titu. quas coniecturas vltra ordinarios ibidem illustrarunt Marius Solomō. in. l. omnes populi supra de Iusti. & Iur. num. 31. cum sequēti. Eguina. Varo in. l. 1. supra isto tit. Donelus in. l. cum in testamento. 25. supra isto tit. Petrus Faber. in. l. semper in obscuris. 9. ff. de regul. iur.

12 Verū his omnibus cōiecturis deficientibus, benignorem interprætationem sequi debemus. l. semper in dubijs. 56. l. ea quæ. 192. §. in re dubia ff. de regul. iur. l. si ita fuerit. §. fin. l. cū in testamento. 25. infra isto tit. l. 3. in princ. ff. de his quæ in test. de len.

13 Ex quibus primo explicari debet tex. in. l. si hæres iussus. 76. in princip. supra de legat. 1. vbi hæres iussus fuit facere vt Lutius centum habeat, in qua specie videbatur hæredem liberari reum locupletem offerēdo iuxta tex. in. d. l. fin. §. fin. ff. si cert. peta. in l. illa stipulatio. §. cum. ff. de verbor. oblig. & tamen Caius respondet hæredem cogendum esse centum dare. Cuius rei ratio euidēs est, quod in dubijs benignior interpræatio accipienda est, benignius autem est, vt plenum beneficium legatarius ab hærede consequatur.

14 Secundo intelligi debet text. in. l. Paula. §. Pompeius supra de legat. 3. vbi licet verba codicillorum significaren

carent, ab omni voluntate qua filiæ legauerat recessum videri, tamẽ quia ambigua erant, benigna interprætatione placuit, ea sola adepta videri, quæ viuente fratre erat habitura.

25 Tertio ex eisdem principijs explicari debet text. in. l. ex hac scriptura. ff. de donatio. & in. l. in ambiguis. 85. infra de diuer. reg. iur. cũ alijs. Quod si par æquitas aut benignitas sit, tunc minimum est sequendum. l. semper in obscuris. 9. l. semper in stipulationibus. 34. ff. de diuer. reg. iur. l. cũ seruus. 39. alias idem Iulianus. §. scio supra. de leg. 1. l. si ita relictũ. 44. §. fin. supra de leg. 2. de qua re latius scripsimus ad. l. 1. supra isto tit.

26 Sed aduersus hæc omnia & legis nostræ decisionem, grauiter obstat tex. difficilis in. l. si alij. 19. ff. de vsufr. leg. vbi in ambiguo sermone non sequimur proferentis voluntatem, nã fundi verbum ambiguum est, quod interdum nudam proprietatem significat. l. & puto. §. 1. ff. famil. hercis interdum plenam, vsufructui coniũctam. l. si tibi cum alijs. ff. de vsufruct. earum rer. quæ vsu. consu. & tamen si testator vni fundum alij vsumfructum eiusdem fundi legauerit, licet eius animi sit, vt velit alterum nudã proprietatem, alterum vsumfructũ habere, tamen vsusfructus inter eos
27 communicatur. Cui difficultati non satisfacit, prima interpretatio Accur. hic verb. itaque intelligentis tex. hic de ambiguitate orationis, illũ vero, de ambiguitate rei, quæ nec ipsi authori placuit. Qua reiecta aliter respondet idem Accur. in versi. vel verius, in specie illius tex. nullam fuisse verborum ambiguitatem, cum verba manifeste significent, vsumfructum esse communicandum iuxta text. in. d. l. si tibi. ff. de vsufruct. ear. rer. quæ vsu. consu. in. l. idem Neratius. §. non solum in. l. si tibi. ff. de vsufruct. acrescen. in. l. Sempronius Attalus. §. vlt. supra de vsufr. leg. & ideo nullum locum coniecturis permitti iuxta tex. in. l. ille aut ille. §. cũ in verbis supra de lega. 3. in. l. inter est. C. de solutio cum alijs. Verum Iulium Paul. hic loqui eo casu quo verba ambigua sunt, in qua specie, cum non vtrunque dicamus, sed id dumtaxat quod volumus voluntas spectanda est. Quam interprætationem nonnulli sequũtur, quorum longe à vero abhorret iudicium, vt sequentibus argumentis cõuincitur. Primo quia fundi verbũ ambiguũ est, quod tã ad nudã proprietatẽ quã ad proprietatẽ vsufructui cõiunctã referri potest, vt supra probatũ est argumento tex. in l. & puto. §. 1. supra famil. hercis cum alijs, nam quamuis iura dicant vsumfructum communicari, si alij fundũ alij vsumfructum eiusdem fundi testator legauerit, tamen id nõ tam ex verborũ natura & proprietate, quã ex interprætatione receptum fuisse existimandum est, cum in dubio benignior interprætatio sumenda sit. l. semper in dubijs. 56. l. ea quæ. 192. §. in re dubia. ff. de diuer. reg. iur. anti. cum alijs supra citatis, & benignius sit vtriq; legatariorum consulere, vt statim à morte testatoris legati emolumentum consequatur, vnde cesante ea coniectura, si alij fundum alij vsumfructum, iudex vel arbiter, familiæ hercifcundæ iuditio datus, ad iudicauerit non cõmunicabitur vsufructus. l. & puto. 16. vers. Iulianus ait supra famil. hercis, nam quos iudex dirimere voluit credendum non est arctius coniungere voluisse qua ratione tex. ille cum. d. l. si alij in concordiam redigi debet. Secundo quia licet illa verba secundum naturam suam & propriam acceptionem significarent, vsumfructum esse diuidendum, tamen si euidens esset contraria voluntas testatoris, à proprietate verborum recedendum fuisset, & trans-

& transferenda essent verba à genui na significatione, ad minus propriã. l. non aliter. 67. ff. de leg. 3. l. penul. ff. ad exhibend. l. pater. §. conditionum infra de condi. & demonst. cum alijs. Tertio quia si verba prorsus refragarẽtur voluntati, nec ad eam figurato & minus proprio dicẽdi genere trahi possent, neutrum ratum esset in specie tex. in. d. l. fi. alij. iuxta tex. nostrum in sequenti parte, cui non satisfaciunt, qui respondent text. illum lo qui de testatore qui in iure errauit text. nostrum de eo qui errauit in facto. quæ interprætatio planè redicula est, nam si error iuris & facti pariter indicant deffuisse voluntatẽ, aut eam prorsus scripturę esse contrariã, quid quæso refert an in iure vel in facto erratum sit? quod si error facti qui excusabilis est vtrumq; vitiat, tam scriptum quam volũtatem, iuxta text. hic error iuris qui nullam admittit excusationem non debet prodesse, vt saltim alterum ratum sit.

18 Vnde reiectis his & alijs interprætationibus, ego verissimam esse censeo Rogerij & Bart. interprætationẽ, existimantium legem illam loqui, vbi non constabat de voluntate defuncti, quo casu stari debet proprie verborum significationi. l. non aliter supra de leg. 3. nec obstant illa verba (si eo proposito fecit) quia intelligendum non est, testatorem eo proposito fecisse idq; aliqua ratione cõstare aut apparere, sed accipienda est lex illa, vbi late propositum testatoris nulla coniectura intelligi potest, & eodem modo intelligenda sunt, extrema verba tex. (quam quod actum est) quæ recte explicat Rogeri. relatus à glos. ibidem verbo actum, quã interprætationem sequuntur, Albe. & Pau. hic & receptã testatur Socin. num. 5. & 6. quæ facile suaderi poterit, si consideremus, Iuris Consul. ibi loqui, de testatore qui cum vellet & secum ipse tacitus destinaret, vni nudam proprietatem fundi legare, alteri vsumfructũ, ita scripsit, Titio fundum, Męuio vsumfructum eiusdem fundi do lego, quibus verbis, si id qđ destinauit se consequi putat, errore labitur, vt Modesti, ait, quia detracto vsufructu fundũ legare debebat. vnde cõstat Iuris Consult. solũ agere de propria horum verborum significatione, cui standum est quamuis testator contrarium senserit, quoties contraria voluntas nõ apparet, quia interdũ plus vallet scriptura quã qđ actum est, quod non negamus sed hoc amplius dicimus quòd si alium de quam ex verbis apparet noluisse testatorem vsumfructum communicari in ambiguo sermone voluntas verborum proprietati præferenda esset.

19 In secũda huius legis parte Iulius Paul. docet, eum qui aliud dicit quã vult nihil agere, quia quod dicit non vallet quia non, vult, nec quod vult quia non loquitur, similis text. in. l. quoties. 9. in princi. ff. de hæred. inst. in. l. si quis in fundi vocabulo. 4. supra de lega. 1. in. l. Labeo supra de supelecti. legat. ratio euidens est quia nec sola mens disponit. l. quidam cũ filium. 46. supra de hæred. instit. nec sola verba à quibus mens abest. d. l. Labeo in fine. Sed vtrumque simul, ideo si alterum deficiat nihil agitur. Vnde testamẽtum Isac qui per errorem Iacob hęredẽ instituit cum vellet instituere Esau. vt refertur genes. 27. c. iuræ Romanorum nullius momenti fuisse defendit glos. ver. alium in. d. l. quoties quam à criticorum calumnijs eleganter defendit Duare. in d. l. 4. supra de lega. 1.

20 Sed obstat difficilis text. in. l. non aliter. 67. supra de leg. 3. dum probat à verborũ significatione recedẽdum esse

esse quoties apparet contraria volun tas testatoris & ipsi voluntati standũ esse, quod & ratio sugerit, nam cum nomina inuenta sint vt quamcunq; rem cognoscamus. l. ad res cognoscẽdas. C. de ingenu. & manu. Si de re ipsa & voluntate cõstat frustra de nomine aut de verbis quærimꝰ. §. si quis in nomine institu. de lega. Vnde Cicero pro Cecina, Nihil opus (inquit) est verbis cum res cuius causa verba quæsita sunt intelligitur, si voluntas tacitis nobis intelligi posset verbis omnino non vteremur. Vnde si quis cum vellet fundum Sempronianum legare Cornelianum legauerit, debebitur Sempronianus dict. l. 4. ff. de legat. 1. & generaliter receptum est errorem nominis proprij non nocere l. si Fortidianũ. C. de legat. l. si in nomine. C. de testa. dict. §. si quis in nomine. l. si in nomine. ff. de verb. obli. l. idem Pomponius scribit si frumentum. §. pen. supra de rei vendi. l. in vẽditionibus. ff. de contrahend. emp. l. penul. infra isto tit.

22 Sed hæc quæ pro repugnantibus hoc loco notari solent nihil aduersantur, quæ sigilatim diluemus. Primo non obstat text. in. d. l. non aliter, quia loquitur quoties verbum duas aut plures significationes habet quarum vna propria est reliquæ minus proprie, in qua specie significationi verborũ hoc est proprietati in dubio standum est, cæterum si euidens sit testatorem aliud sensisse, recedimus à proprietate sermonis, & minus propriam significationẽ amplectimur, receptis vsitatis verborum figuris, veluti metaphora, methonimia, alegoria, ironia, & alijs pluribus, quæ late explicant Altiat. libr. 3. de verbo. signifi. fol. 99. cum pluribus sequẽti. Corrasius de iure ciuil. in arti. redig. 4. part. c. 2. & 3. Duare. in. d. l. 4. supra de leg. 1. Verum lex nostra loquitur vbi id quod testator sensit verbis nõ conuenit, nõ modo iuxta propriam sed etiam secundum latam & minus propriam significationem quo casu nihil agitur iuxta tex. hic quam interpretationem obseruat glos. hic versi. sed illud. sequũtur Bart. hic. num. 3. Albe. Paul. Castren. & reliqui & receptam interpretationem testatur Soci. hic. nu. 6. & 7.

23 Ex qua vero sensu explicari debet singularis tex in. l. librorum. §. quod Casus supra de lega. 3. nam quamuis librorum appellatione chartæ non contineantur, nec chartarum appellatione libri iuxta propriam verborum significationem, tamen quia minus proprie pleriq; libros chartas appellãt, chartis legatis dicimus libros legato contineri, quoties volũtas vrget, quæ in. d. §. quòd autem Cassius colligitur non solum ex vsu & consuetudine loquendi, sed etiam quia testator nihil aliud quã libros habebat & studiosus studioso legatum reliquit diuersum tamen fuisset si chartarum appellatio etiã lata & minus propria libris non conueniret. Rursus interpretari debent in numera iura quæ eleganter explicat Corra. vbi supra. c. 4.

Minus obstat frustra de verbis quæri vbi de mente aut voluntate cõstat, nam quamuis in locum habeat in fideicommissis in quibus sola voluntas attenditur. l. penul. supra de lega. 1. l. cum proponebatur supra de leg. 2. l. nutu. ff. de lega. 3. diuersum tamen est in institutionibus & legatis, in quibus non sola voluntas sed etiam scriptura requiritur, vt notauimus in rub. huius tit. cũ aliud sit agere aliud agere velle. l. 1. ff. de ædẽdo l. amplius. ff. rem ratam habe.

24 Minus obstat text. in. d. l. 4. supra de leg. 1. cum alijs, quia loquũtur de errore nominis proprij, qui nunquã vitiat dispositionem, quia nullus videtur error fuisse, cum nomina hominũ

minum id est ab hominibus imposi- ... possint arbitrio suo mutare .l. 1. C. de mutatio. nomin. & qui fundus Sempronianus fuit, mutato nomine dici potest Cornelianus, & ideo si de corpore constat voluntas seruanda erit, quamuis diuersum sit in nominibus appellatiuis quę rei substātiæ coherēt & a iure gentiū prodita sunt quam interpretationē confirmant extrema verba tex. in. d. l. 4. ibi (rerum enim) quæ post ordinarios ibidem recte explicant Altiat. lib. 7. Parerg. cap. 4. Balduin. in. d. §. si quis in nomine.

Nec obstat tex. in. l. tenetur. 6. §. si vendidi. ff. de actio. empti & in. l. insulam. 6. ff. de præscript. verbor. vbi in nomine appellatiuo contractus erratum fuit à contrahentibus qui contractum innominatum do vt facias venditionem appellantur, & tamen error non vitiat dispositionem sed ciuili actione incerti agendum est, in qua difficultate fluctuant fulgo. Ias. & alij, sed optime dissoluit Pinelus in rubri. C. de rescind. vendi 2. part. c. 1. num. 12. cuius verba non refero quia verecundum esse existimo aliena eisdem verbis transcribere maxime authoris nomine prætermisso.

Sed vlgo creditur limitandam esse huius tex. decisionem vt non procedat quoties inter testatorem & legatarium actum est vt si legaret fundū intelligeretur legare equum quia eo casu legatum valeret & æquus deberetur vt obseruat glos. vero vocabula in. d. l. si quis in fundi vocabulo. 4. ff. de lega. 1. quam receptam testatur Ias. ibi nu. 49. & in. l. si is qui pro emptore num. 175. ff. de vsucap. pro qua opinione inducitur text. in. l. nutu. ff. de leg. 3. sed contraria sententia verior est quam argumēto text. in. d. l. 4. ff. de lega. 1. & in. l. si forte. ff. de castren. pecu. defendit Bart. in. d. l. si is qui pro emptore nu. 24. nec obstat text. in. d. l. nutu quia loquitur de fideicōmisso in quo spræta verborum solemnitate attenditur sola voluntas quibuscunque coniecturis intelligi possit. l. pen. ff. de leg. 1. l. cum proponebatur. ff. de lega. 2. at in legatis verba necessario requiruntur quæ volūtatem exprimāt quæ si defficiant aut aliter proferantur quam solent ab hominibus accipi legatum non valebit.



LEX QVARTA.

Idem.

PAulus respondit, id, quod conditionis implendæ causa dandum est, sine dubio certis & incertis personis dari debere, vt fideicommissi petitio possit competere.

1 *ACcur. interprætatio ad hanc legem.*
2 *Interprætatio Bar. & communis confutatur.*
3 *Defenditur interprætatio glo.*
4 *Legatum vel fideicommissum relictum personæ incerte sine certa demōstratione inutile erat.*
5 *L. si ita fuerit infra isto tit. & similium explicatio.*
6 *Interprætatio legis quidam relegatus infra isto tit.*
7 *Explicatio. l. si quis ita infra isto tit.*
8 *Differētia a legati, vel fideicommissi & eius quod dandum est gratia conditionis implenda*

plendæ.

9 *Superioris differentiæ ratio indicatur.*

10 *Interpratatio. l. fideicõmissa. § cum esset. ff. de leg. 3.*

12 *Nouo iure ex conditione petitionem mandari, contra communem.*

13 *Interpratatio legis. 2. C. de his quę sub modo.*

1 QVamuis totum hoc apud desideretur in Pandeѕtis Florentinis, habetur tamẽ in libris noricis, & in omnibus vulgatis codicibus, quod elegans est, & pręter vulgarem interpretum opinionem explicandum, ex quo colligitur: dandum implendæ conditionis gratia, etiam incertis personis dari debere, vt fideicõmissi petitio competat. Quam sententiã eleganti exemplo explicat Accurs. in presс. veluti, si legatum relictum fuerit Titio si decem dederit illi qui duxerit vxorem filiã Mæuij, vel illi qui primus ascenderit Capitolium: nã licet hæ personæ incertæ sint, tamen non alias legati vel fideicommissi petitio legatario competit, quã si eis dederit. quam interprætationem sequitur Paul. impres. Sed plerique existimarunt textui nostro minime conuenire. Primo quia coniuntio huius legis & sequentis, indicat discrimen: inter fideicommissum, & dãdum implẽdę conditionis gratia, nã fideicommissũ certis dũtaxat personis dari potest: dandum implendæ conditionis gratia etiam incertis dari debet, & tamen iuxta eam interprætationẽ nulla differentia esset cum eisdem personis legata dari posint. l. quidam relegatus. 6. l. vtrum. 7. l. si ita fuerit. 11. l. si quis ita. 16. isto titul. Secundo, quia cum incerta persona dici non posit, quæ ex futuro euentu venit certificanda, vt probant dicta iura, & defendit Barto. communiter receptus, in. d. l. quidam relegatus. nume. 5. lex nostra quæ de incertis personis loquitur, ad eas referri non poterit quibus rationibus eam interprætationem repræhendum Cuman. & Socin. hic numer. 1.

2 Vnde Bart. in præs. & in. d. l. quidam relegatus, quem secuntur Cuman. Socin. & Ludouicus Texed. hic, legem nostram intelligunt vbi legatario adijcitur, conditio dandi non impersonaliter, quia tunc adiecta intelligitur, in fauorem hæredis l. ita liber. 8. l. Labeo. 12. versic. veluti. l. pecuniam. ff. de statu liberis, quemadmodum grauamen, in dubio censetur impositum hæredi. l. si seruus. §. qui margaritam. ff. de legat. 1. Sed illis verbis (si vni dederit) quo casu legatarius aut fideicommissarius etiam incertæ personæ dare debet, vt petitionem habeat, quæ interprætatio, licet recepta sit, mihi non probatur, & conuincitur, quia quemadmodum simpliciter grauatus, intelligitur grauatus hæredi dare, ita, qui vni dare iussus est, eidem hæredi dare debet, ex regula iuris, quæ habet: eum qui dare iussus est, si non habeat cui det, hæredi dare debere dict. l. ita liber, ff. de statut. liber. quod si duo, aut plures hæredes scripti fuerint, electio legatario data intelligitur, vt cui maluerit, soluendo legatum consequatur quõ casu, persona non dicitur incerta. l. vnũ ex familia supra de leg. 2. cum alijs.

3 Qua interprætatione reiecta, ego superiorem Accursij interprætationem ab omnibus neglectam, verissimam esse censeo, quæ vel eo solo argumento, efficacissime confirmatur quod eadẽ exẽpla incertæ personæ, referuntur ab Imperatore in. §. incertis inst. de leg.

4 Nec obstat: dandum causa conditionis implendæ differre à legato, & tamen eisdem personis legata relinqui posse, nam verius est: ei qui filio meo filiam suam in matrimonium dederit, vel qui primus ascenderit Capitolium, quasi personis incertis

incertis, olim legari non potuisse, quemadmodum nec hijs, qui post testamentum scriptum primi consules designati essent, quamuis ea incertitudo ex futuro euētu esset certificanda quia veteribus displicuit, tā stulta & prodiga legandi ratio. §. incertis inst. de leg. docet Vlpia. in fragmen titu. 24. vers. incertæ personæ, Paul. lib. 3. sententiarum tit. 6. vers. legatum. Nec obstat text. in d. l. si ita fuerit cum similibus, quibus probatur legatum huiusmodi personis relictum valere: quia loquūtur, de legato relicto incertæ personæ, sub certa demonstratione, veluti: ex cognatis meis qui primo ad funus meum venerit, vel filiam meam vxorem duxerit, vel Capitolium ascenderit, ei hæres meus illam rem dato. quod etiam iure antiquo voluisse docent Vlpia. & Iustinia. vbi supra.

6 Et eadem ratione, explicari debet tex. in d. l. quidam relegatus. 6. infra isto tit. vt indicant illa verba (si quis ex hæredibus, cæterisve amicis, quorum hoc testamento mētionem habui). Ex quibus constat: sub certa demonstratione legatū relictum fuisse. Nec obstant illa verba (siue quis alius) quia intelligēda sunt: siue quis alius ex amicis, quorum testamento mentionem nō habuit. Quam interpretationem confirmant extrema verba illius tex. ibi (sed alius ex amicis) quod si quis adeò scrupulosus sit, vt existimet: per eā interpretationem, nimiū restringi illa verba (siue quis alius) & malit, ea generaliter accipere, & ad extraneum etiam & ignotum referre: animaduertere: debet legatum incertę personę relictū, ea ratione inutile esse, quia legata propter affectionem relinqūtur. l. nec adiecit. ff. pro sotio & notauim⁹ supra in l. 2. vnde, cum erga personā incertā, nulla affectio esse nobis possit, consequens est, incertæ personæ frustra legari. quæ ratio cessat in specie tex. in d. l quidam relegatus, nam cum legatum relinquatur ei, qui restitutionem impetrauerit ab Impe-ratore: quicumq; is fuerit nō potest, nō esse dilectus testatori, nec potest esse indignus legato relicto, in præmium eius beneficij, vt mirum non sit fideicommissum vallere. Nec obstat tex. in d. §. incertis ibi (quicūq,) dum probat: non vallere legatum relictum ei, qui filio meo filiam suam in matrimonium dederit, nam ille, potest, ipso facto, odiosus esse testatori, si forte persona turpis sit, vel talis quæ dedecore futura sit testatori.

7 Denique nō obstat tex. in l. si quis ita infra isto tit. nam quamuis loquatur de persona incerta ex incertis, tamen in certitudo, antequam testamentum perficeretur, certificanda erat ab ipso testatore, in cuius potestate erat, rogare testēs quos vellet, quibus adhibitis testamentum confirmaretur.

8 Ex quibus apparet differentia singularis, inter legatum, vel fideicommissum & dandū gratia conditionis implendę, nā licet legatū & fideicōmissum personæ incertæ ex incertis frustra relinquatur, dandum tamen implendæ conditionis gratiā, etiam personæ incertæ ex incertis dari debet, vt fideicommissi petitio competat, veluti, his personis quarum meminit Acurs. impres. & similibus, ꝙ iuris principium, mirum est ignorasse. Paulum Castren. hic, qui falso credidit: inter hæc duo nihil inter esse.

9 Sed diligenter inuestigāda est discriminis ratio, inter fideicōmissum & dandum implēdæ cōditionis gratia, & solida ratio est: quòd ex legato & fideicōmisso, actio & petitio nascitur, quæ incertæ personæ cōpetere non potest, at ex cōditione, nulla nascitur actio, quia conditio non disponit. l. si quis sub cōditione. 8. ff. si-

quis omissa causa testamenti. Nec is in cuius persona conditio impleri debet, legatarius dicitur. d. l. si quis sub conditione, nam in persona incapacis potest impleri cōditio. l. Mæuius ff. de condi. & demost. quia implementum conditionis in mero facto consistit. l. qui hęredi. ff. de conditio. & demonstra. Quam rationem obseruat Bart. hic sequuntur Bald. in. d. l. quidam relegatus Cuman. & Soci. in præs.

¶ Sed contra eam rationem primo obstat difficilis text. in. l. fideicommissa. §. cum esset. ff. de lega. 3. vbi is qui acceptis centum, partem suam restituere rogatus est, centum petere potest iure fideicommissi, vnde infertur eum quoque in cuius personam collata est conditio decem dandi petitionem habere. Quibus accedit de alimentis, in vltima voluntate relictis in consulto prætore transactionem fieri non posse ex ratione Diui Marci. l. cū hi. in prin. ff. de trās. vel ex Senatus con. l. e legāter. 23. in fine principij. ff. de cōdi. in debi. & tamen de alimentis datis implēdæ cōditionis gratia transigi non posse probat text. in. d. l. cum hi. versi. Sed & si conditionis, vnde constat dādum implendæ conditionis gratia testamento relictum cēseri, & ex eo obligationem aut fideicommissi petitionem nasci. Qua ratione eum qui gratia conditionis implendæ aliquid accepit fideicommisso grauari posse, probat text. in. l. quidam testamento. 99. §. cui statu liber. ff. de legatis. 1. Quæ omnia difficillima sunt in quorum explicatione vniuersi interpræ tes cruciantur ideo suo ordine explicabimus.

10 Primo non obstat text. in. d. l. fideicommissa. §. cum esset, nam reiectis varijs interprætationibus relatis à gloss. vnica. verb. nec enim in. d. l. si quis sub conditione, respondendum est, text. illum nō loqui de relicto gratia conditionis implendæ, sed de eo quod retinere debet is qui accepta certa quantitate portionem restituere iusus est, qui fideicommisi petitionem habet, ab hærede non ab eo cui restituere rogatus est, quod nullo modo comparari potest ei quod implendæ conditionis gratia dandum est, quod ab ipso legatario peti non potest, quamuis legatarius non aliter petitionem habeat quam si vltro obtulerit quod dare iussus est, quod non fuit asequutus Cuiatius in. d. l. cū hi vers. ad hoc legatario.

11 Minus obstat text. in. d. l. cum hi. vers. Sed si conditionis, nam licet Oratio Diui Marci ad alimenta data gratia conditionis implendæ non pertineat, tamen cum rescriptam fa borabile sit ex paritate rationis etiam ad eum casum porrigitur per interprætationem, quod manifeste significāt illa verba (adhuc idē dicemus.) Denique non obstat text. in. d. l. quidam. 99. §. cui statu liber, nam quicunque aliquid ex testamento consequitur quamuis nec legatarius nec fideicommissarius sit, ad id restituendum ex causa fideicommissi cogi potest. l. plane. 97. §. fin. supra de leg. 1.

12 Sed cum nouo iure, ex rescripto Imperatoris Gordiani in. l. 2. C. de his quæ sub modo relinquūtur, tā ex conditione quam ex modo detur petitio vt indicat ille text. in illis verbis (fideicommisi petitio omnifariam nascatur videlicet in conditionibus post earum exitum) & paulo inferius ibi (siue ad conditionem siue ad modum respiciant) dicendum videtur, iam hodie incertis personis implendę conditionis gratia dari nō posse. Sed quamuis hæc sententia iuxta receptam omnium opinionem admittenda fuisset: ego tamen veri-

verius existimo: nec nouo quidam iure ex conditione fideicommissi petitionem dari, quod natura conditionis manifeste demonstrat & singulari argumento confirmat Iacob. Cuiat. lib. 14. obseruationum. c. 25.

13 Nec obstat text. difficilis in. d. l. 2. ibi (videlicet in conditionibus post exitum earum) quia non loquitur de conditione dandi, vt falso interpraetes crediderunt, sed de relicto modali, cui deiecta fuit conditio: hac formula: lego Titio fundum ita vt Maeuio centum det, si nauis ex Asia venerit. quo casu, ex huiusmodi legato modali nascitur petitio, ex noua cõstitutione Gordiani, quae antea solum competebat ex constitutione Seueri, fauore libertatis. l. cum in testamento. ff. de fideicommis. liber. Sed cum relicto modali adiecta fuerit cõditio, potest exitum conditionis cõpetit petitio ex modo. Nec obstãt illa verba (siue ad conditionem siue admodum respiciant) quorum verborum sensus est, ex his verbis: ita vt Titio decem det, siue modũ testator facere vellit siue conditionem fideicommissi petitionem nasci, quia cũ verbis modalibus concepta fuerit cõditio, certum est testatorem qui ea verborum formula vsus fuit legatarium legatum consequi, & modum vel conditionẽ implere enixe voluisse, quae interpraetatio, ex tota legis cõtextura manifeste coligitur.

LEX QVINTA.

Idem libro decimonono Responsorum.

PAulus respondit, cum nomen fideicommissarij testamento adscriptum non sit, nulli personae, neque certae, neque incertae, datum fideicommissum videri, in dubitatum est.

1 *Vera huius legis interpraetatio.*
2 *Nominatim fieri dicitur quod signe in dubitabili demonstratur.*
3 *L. Peto versi. quid ergo. ff. de leg. 2. interpraetatio.*
4 *L. labeo. §. penul. l. ita liber l. qui pecuniam ff. de statu. libe. & similium explicatio.*
5 *Legatum pauperibus relictum vallet fabore piae causae.*
6 *Libertatis legatum quamuis fauorabile sit ex incertitudine vitiatur.*

1 SI testator ita scripserit: haeres meus centũdato: nec expraeserit euidanda sint, quaeritur an fideicommissum valeat? Paulus Respondet: non valere, quia nulli personae, nec certae, nec incertae, datum fuit, & certae personae non deberi, constat, cum nulla certa expraessa fuerit. Sed dubitari poterat: an tenetur haeres incertis personis dare, veluti consanguineis, vel amicis testatoris, vel Pauperibus, vel in redemptionem captiuorum, aut aliam causam piam, vel deniq; cui voluerit, alicui tamẽ, cui verisimile sit testatorẽ dari voluisse? & Iuris cõsultus respõdet: nulli datum fidei-

fideicommissum videri, & ideo nec incertæ personæ dandum esse. similis in.l.qui plures.ff.de vsufru.lega.in l.quotis.§.hæres.ff.de hæred.inst.in l.si ita.§.Chrisogonus.ff.de verbor. oblig.

2 Quæ sententia difficilis est, quia licet nomé legatarij, vel fideicommissarij testamento ad scriptum non sit, legatum aut fideicommissum valet, si signo aliquo indubitabili demostraretur.l.si nominatim.34.ff.de cõdit.& demonst.l.nominatim.88.supra de leg.3.& quamuis in hæredum institutionibus maior solemnitas requiratur, quam in legatis & fideicommissis.l.iubemus C.de testam.l.hæredes palam supra eod.valet tamen institutio facta sine expræssione nominis, si hæres signo aliquo demonstretur l.nemo.58.l.si quis nomen.ff. de hæred.inst.deniq; quamuis exhæredatio odiosa sit, placuit: filium recte exheredari, licet non exprimatur nomen.l.1.2.&.3.ff.de liber. & posthu.l.10.tit.3.part.6. Sed respõdeo vtilitatis gratia receptũ fuisse, vt nominatim fieri dicatur, id quod intelligitur aliquo signo indubitabili, vel demonstratione.l.nominatim supra de cond. & demonst.l.nominatim.24.ff.de manum testa.l.his verbis.§.fin.supra de hæred inst. quia demonstratio nihil à nomine distat, sed eius vic efungitur.d.l.quoties.§.si quis nomen.l.certum.ff.si certum peta.l.si nominatim.ff.de cond. & demonst. Quorsum enim sunt nomina, nisi vt rem demonstret.l.labeo.ff.de supele.legat.vnde si aliquo signo indubitauili res demonstratę fuerint, nomina frustra requiruntur, deficiente tamen nomine, vel signo indubitauili, quod nominis vice fungatur, nulli datum fideicommissum intelligemus.

Sed grauius obstat, difficilis.text. in.l.peto.71.vers.quid ergo supra de leg.2.vbi testator cum hæredem ex parte instituisset ita scripsit (peto pro parte tua contentus sis Luti Titij centum aureis) quibus verbis constat: fideicommissarij nomen expræssum non fuisse, & tamen Papinianus respondet: fideicommissum valere, & cohæredes petere posse partem hæreditatis, eo moriente, siue pręcipiente, quo contentum esse voluit defunctus. Quam difficultatem, vt nullus ex interpræetibus animaduertit, ita nullus disoluit, sed mihi videtur, sic explicari posse: quod licet in specie illius tex.testator hæredes non nominauerit: satis tamen ostendit, eis consullere voluisse, cum iubet hęredem partem aliquam hereditatis omtitere, nam omissa, necessario pertinere debet ad cohæredes.l.qui ex duabus. §.vlt.ff.de acquiren.hæred.

3 Sed obijci vulgo solet text.sing.in l.Labeo.§.penu.in.l.ita liber in.l.qui pecuniam.ff.de statu.libr.cum alijs. quibus probatur: seruum liberum esse iusum, sub conditione dandi, non expressa persona cui dandum, sit hæredi dare debere, & idem esse in legato relicto sub conditione dandi, ergo quemadmodum conditio non vitiatur, omisso nomine eius, in cuius persona impleri debet, sic dicẽdũ videtur, nõ vitiari fideicõmissum, licet fideicõmissarij nomen ad scriptũ non sit. Cui difficultati interpræetes respõdent: diuersum esse in fideicõmisso, diuersum in eo quod dandũ est gratia conditionis implendæ. nam cum legatarius, vel fidei commissarius dare iussus est, in dubio censetur grauatus dare hæredi, à quo accepit cõmodum, in compensationem eius in cõmõdi quod patitur hæres cui res manumissa, vel legata aufertur quæ ratio cessat in legato vel fideicõmisso.

LEX

Caius lib. Primo fideicommiſſorum.



Vidam relegatus facto teſtamento poſt hæredis inſtitutionem & poſt legata quibuſdam data ita ſubiecit, ſiquis ex hæredibus cæteris ve amicis, quorum hoc teſtamento mentionem habui ſiue quis alius reſtitutionem mihi impetrauerit, ab imperatore & ante deceſſero quam ei gratias agerem volo dari ei qui id egerit à cęteris hęredibus aureos tot. Vnus ex his quos hæredes ſcripſerat impetrauit ei reſtitutionem & ante quam id ſcirit diceſsit cum de fideicõmiſſo quęreretur, an deberetur cõſultus Iulianus reſpondit deberi, ſed & ſi non hæres vel legatarius, ſed alius ex amicis curauit eum reſti tui & ei fideicommiſſum præſtari.

1 IIquibus aqua & igni interdictum eſt & depertati qui iure communi teſtam. factionem non habent iure regio teſtari poſſunt.
2 Relegati ad tempus vel in perpetuum teſtari poſſunt.
3 Infamis teſtari poteſt.
4 L. amiſsione. §. qui deficiũt. ff. de capi. dimi. explicatio
5 Quæ pendent ex nutu principis cenſentur impoſsibilia.
6 Quid ſi à principe concedi ſoleant.
7 Impoſsibilis conditio quæ neſſaria eſt ad validitatẽ actus an habeatur pro non ſcripta.
8 Valet conditio ad ſcripta matrimonio ſi Romanus Pontifex diſpenſauerit quamuis in eo gradu diſpenſare non ſoleat.
9 Filius ſpurius inſtitui poteſt ſub conditione ſi à principe legitimetur.
10 Quæ pendent à nutu principis quamuis concedi non ſoleant non ſunt impoſsibilia.
11 Beneficiũ. reſtitutionis deportato & relegato etiam ignorantibus acquiritur.
12 Legatũ incertis perſonis relictum non valet.
13 Legatum relictum pauperibus propter incertitudinem non vitiatur.
14 Legatum libertatis quamuis pium ſit viciatur propter incertitudinem.
15 An ademptio legati incerta vicietur vel viciet legatum.
16 L. 3 §. ſi duobus ſupra de adimen lega. & l. ſi ita fuerit. 11. in prin. infra iſto tit. conciliatio.
17 An iure antiquo correcto hodie legatum incertis perſonis relictum valeat, acurate diſputatum.
18 Incerti tutoris datio non valet nec iure antiquo nec nouo.

1 IS cui aqua & igni interdictum eſt item deportatus in inſulam teſtamenti factionem non habet. l. eius qui. 8. §. ſi qui. ff. de teſtam. l. ſiquis filio. 6. §. irritũ de iniuſto rupto. l. 15. tit. 1. par. 6. Ratio euidẽs eſt q̃a ſoli ciues Romani teſtari poſſunt vt docet Cicero in oratione pro Archia & cõſtat ex priori. c. l. falcidiæ quòd refert Paulus in. l. 1. ff. ad legem falcidiam, at per deportationem ciuitas amittitur. §. minor inſtitutis de capitis diminutione. l. amiſſ. ff. eod. iũcta gloſ. verb. interdictione. l. quidam. 17. ff. de pœnis. l. 1. §. de quibus. ff. de leg. 3. l. ſed ſi hac. §. ſi per pœnã. ff. de in ius vocan. ergo teſtari nõ poterãt. Rurſus teſtamenti factio iuris ciuili-

uilis est. l. 3. ff. de testamentis docet Bart. in. l. interdum. n. 7. ff. de conditione indebiti à communi receptus teste Corneo en. l. si testamentum. n. 2. & 3. C. de testamentis Couar. lib. 3. Variarum. c. 6. n. 7. Iulio Cla. lib. 3. sententiarum. §. testamētum quęstione. 2. ad per deportationem amittūt ea quæ iuris ciuilis sunt. d. l. quidā ergo deportatus testari non poterit quod quamuis iure cōmuni certissimum sit hodie correctum est per. l. 4. Tauri qua cauetur condemnatū tam ad mortem ciuilem quam ad naturalem testari posse de bonis non publicatis.

2 Verum relegatus in perpetuum, vel ad conceptus recti testatori potest iuxta text. in. d. l. eius. §. sicut in. l. Relegatorum. §. siue ad tēpus. ff. de interdictis & relega. & exemplū testa. facta relegato refert in hac. l. Ratio notissima est quia relegati in insulam omnino iura sua retinent. l. 4. d. l. relegatorum. §. siue ad tempus. ff. de interdictis. §. relegati instituta quibus modis ius patriæ vnde testamenti faciendi ius retinere necesse est.

3 Neque obstat relegatum infamia notari. l. cognitionum. §. minuit. ff. de varijs & extra ordinarijs nam infamis recte testari potest vt docet Bart. in. l. is cui. §. siquis ob carmen. ff. de testamentis à communi receptus vt testantur Panormitanus in rub. extra de testamentis num. 8. Iulio Claro lib. 3. sententiarum. §. testamentum quæstione. 15. Socinus hic num. 2.

4 Sed obstat difficilis tex. in. l. amissione. §. qui deficiunt ibi vel relegati ff. de capitis diminutione vbi probatur relegatum amittere ciuitatē cui difficultati nō satis facit Acursius ibi verbo relegatus dū respōdet in pādectis Florētinis de esse relegati verbū nā licet id verbū sit tū in reliquis omnibus tā editis quā manu scriptis codicibus reperitur quorum lectio sequenda est cum in pādectis Floren. deprauatus sit locus ille vt ex eius cōtextura aparet vnde dicēdum est in illo tex relegatum accipi pro deportato quòd frequētissimum est apud Latinos authores apud quos relegare nihil aliud est quam separare aut submouere vt obseruat Balduinus in. §. relegati instituta quibus modis ius patriæ potesta. soluitur quę interpretatio manifeste colligitur ex vltimis verbis eiusdē text. quę talia sunt vt relegati vtique vsquequo vt ciuitatem amittāt nam relegati vsq; ad missionem ciuitatis deportati dicuntur vt patet ex superioribus.

5 Sed dum tex. pro constanti habet valere cōditionem si restitutionem ab imperatore impetrauerit fideicōmissam ad scriptā non modicam difficultatem habet ex regula iuris quę docemur impossibilia censeri eaque pendent ex nutri principis. l. apud Iulianum quadragesima alias incipit Africanus. §. constat supra deleg. 1. l. continuus. 137. §. cum quis. ff. verborum obligationibus impossibilis autem conditio in vltimis voluntatibus pro nō scripta habetur. l. 1. supra de conditionibus institutionum. l. obtinuit infra de conditionibus & demonstrationibus. §. impossibilis institutis de hæredibus instituendis vnde conditionem à principis volūtate pendentem impossibilem & pro non scripta habendam esse defendunt Bart. & cęteri in. d. §. constat idem Bart. in. d. l. continuus. §. cum quis & reliqui communiter vt testatur Socinus hic num. 11. Curcius iunior consilio. 182. Tiraquelus lib. 2. de retractu. §. 23. glos. 1. num. 62. cū sequentibus & idem receptum est si pendeat ex voluntate decurionum vt docet Bart. in. d. §. cū quis Albericus & cumanus in. d. §. constat Decius in. cap. 1. de postulatione prę-
latorum

latorum Socinus vbi supra.

6 Cui difficultati varijs modis respõderi solet primo ꝙ regula tex.in.d.§. constat locum habet in ijs quę non solét à principe cõcedi nã quæ ab eodẽ concedi solent non dicuntur impossibilia iux.tex.in.d.§. constat ibi cum distrahi non soleant vbi notãt Cumanus Paulus & Alexander, facit text. in.l.intercedit infra de conditio & demonstra.ꝙ eorum iurium argumento defendit, communem que resoluit Socinus hic nu.11.& plures alij relati à Ruino consilio.123.libr.4.Couar.in.4.2.part.c.3.nu.8.Costa.lib.1. selectarum.c.8.nu.14.vnde cum restitutio relegatis conditio illa plerũque concedi solent.l.1.& per totum C. de sententiam passis & restitutis conditio illa nõ debet iudicari impossibilis quamuis pendeat ex principis voluntate.

7 Secundo respondetur huiusmodi conditionem non vitiari, quamuis princeps solitus non esset eam restitutionem concedere, quia necessaria cap.ad validitatem actus nam sublata ea conditione fideicommissum propter incertitudinẽ vitiaretur vnde cum impossibilis conditio fauore. vltimę voluntatis pro non scripta habeatur vt notat gl. verb.pro nõ scripta in.d.§.impossibilis & in.l.non solũ verb.conditione.ff. de obligationib & actionibus quã sequitur Bart.in.l.1. colum.2.ff.de conditionibus institutionũ cum sublata conditione actus pereat non poterit tolli cõditio argumento tex.in.l.quòd fauore.ff.de legibus.

8 Vnde primo in foro valere conditionem adrectam matrimonio contracto inter consanguineos si Romanus Pontifex dispensauerit quamuis non soleat in eo gradu dispensare fauore matrimonij impossibilis conditio reijciatur absurdũ erit eam cõditionem tollere cum matrimoniũ pure contractũ inter consanguineos non valeat vt recte notat Couarr. & Costa vbi supra.

9 Secundo infero illam conditionem institutionis filij spurij si à principe legitimatus fuerit tollendam, non esse quasi impossibilem qua sublata caperiret vltima voluntas testatoris vt docet Baldus in.l.1.n.18.C. de institutionibus & substitutionibus quem secuntur interpretes communiter vt testantur Alexander in.l.Gallus.§.instituens supra de liberis & posthumis Socinus hic nu.11. Costa.d. l.1 selectarum.c.8.n.14.

10 Tertio responderi potest ꝙ quãuis ea quæ pendẽt à voluntate principis large & minus propriè dicantur impossibilia propriè tamen & extricte impossibilia non sunt quamuis non soleant à principe cõcedi nã si à principe fieri põt nõ põt esse impossibile quamuis impossibile dicat eo respectu quia licet princeps id possit, non solet facere verum nõ eo modo dicitur impossibile quo accipitur in §.impossibilis institutis de hęredibus instituendis & ideo conditio quę pendet ex voluntate principis tolli non poterit ex vltima voluntate vt contra vulgo receptam opinionem eleganter defendit Couar.in.4.2.p.c.3. nu.1.fin.

11 Sed insurgit grauior difficultas cõtra nostrum tex, quia in illis verbis & ante decessero quam eis gratias egerit significare videtur beneficium restitutionis relegato & deportato etiã ignorantibus adquiri ꝙ ex nostro tex.deduxerunt Bart.in.l.fin.n.5.C. de sententiam passis Paulus Castr. & Socinus hic nu.4. quæ sententia difficilis est quia beneficium principis non adquirit ignoranti.l.fin.C.de cõsulibus lib.12.c.si tibi absenti de præbendis lib.6.tit. de concessione præbendæ eodem libr.notatur in.l.absenti infra de donationibus defendit Bartolus

tolus in.l.fi.num.4.ff.de constitutionibus principum & communis quã resoluit Iass.ibi.n.35.Alexan.in.l.qui absenti.n.3.&.4.ff.de adquirẽ .posse.

12 Cui difficultati respondendũ est, quod licet alia beneficia ignorantibus non adquirantur tamẽ beneficiũ restitutionis etiam ignoranti adquiritur peculiaribus rationibus quas accurate explicat Socinus hic.n.4.ꝙ maximè probandum est in specie nostri tex.in quo testator exprimens conditionem siquis restitutionem mihi impetrauerit ab Imperatore significauit se velle restitutionem impetrari, & beneficium ex voluntate eius impetratum non indiget noua acceptatione argumento text.in.l.si quis locuples in fine infra de manumissis testamento in.l.2.C.de conditionibus insertis. ꝙ recte cõsiderãt Socinus & Sadoletus hic Difficilior tamẽ est hic tex.dum probat valere fideicommissum relictum ei qui restitutionem à principe impetrauerit nam cum incertum sit quis sit restitutionẽ testatoris impetraturus dicẽdum erat fideicommissum quasi incertę personę relictum in vtile futurum quam difficultatẽ resoluimus & legẽ nostrã vero sensu explicauimus in.l.Palus.4.nu.4.& sequent.supra hoc tit.Sed grauiorem difficultatẽ mouet text.in.l.id quod pauperibus in.l.nulli in.l.siquis ad declinandam.C.de episcopis & clericis in.l.generaliter. C.de sacrosanctis Ecclesijs in.c.si pater de testamẽtis in.6.in.l.20.tit.3.p.6.quibus probatũ institutionem pauperum aut legatum pauperibus relictum propter incertitudinem non vitiari quæ iura, vltra ordinarios ibidẽ accurate explicant plures relati à Tiraquello, de priuilegijs, piæ causæ priuilegio.56.Couar.in.c.cum tibi nu.14.de testamentis Costa in.d.c.si pater.1.pa. verb.pauperes, Gregorius in.d.l.20. partitæ.

13 Cui difficultati interpretes respõdent quòd licet summo stricto que iure legatum pauperibus relictũ non valeret defenditur tamen singulari pietatis fauore quòd euidenter probatur ex tex.in.d.l.siquis ad declinandam ibi, pietatis in tuitu, cum versicu. sed & si pauperes ibi, similimodo & in.d.l.nulli, ibi pij testatoris infringeret quam interpretatationem, obseruant interpretes communiter, tam hic quam in.d.c.si pater vt testatur Costa vbi supra nu.3.Tiraquel.d. priuilegio.56.

14 Sed cõtra eam obstat difficilis tex. in.l.si ita fuerit.11.in.l.siquis de pluribus.28.infra hoc tit.quibus probatur legatum libertatis propter incertitudinem vitiari & tamen æquè pium, est.l.in testamẽto.ff.de fideicõmissarijs liberta.l.1.§.vltimo ibi ad hanc rationem præfatus.C.de communi seruo manumisso in.l.contra voluntatem ibi iure pietatis.C.de testamẽtaria manumissione in.l.ancilla in fine.C.de fideicommissa liberta. in.l.libertas omnibus.ff.de reg.iuris notant plures relati à Tiraquello.d. tractatu de priuilegijs piæ causæ in præfatione quam difficultatem non potuit dissoluere Iasson in.l.si ita sit ascriptum columna penultima.ff.de leg.1.sed mihi videtur ita resolui posse vt dicamus in.d.l.si ita fuerit cum alijs legatum libertatis non valere quia testator vni tantum ex pluribus voluit libertatem dari, de quo autem senserit non apparet, at cum testator relinquit pauperibus non videtur cogitare de certis nec refert an his vel illis detur cum quibus cunque dando animæ consulatur quod principaliter voluit testator nec considerauit an his vel illis dãdum esset. Quam interpretationem obseruat Decius in.l.fin.vers.non obstat.C.de edicto diui Adriani sequitur Tiraquellus dict. priuilegio.56.

Sed

15 Sed dubitauilius est an quemadmodum legatum propter incertitudinem vitietur ita quoque ad emptio vitietur veluti si testator duobus Titijs separatim legauerit ac deinde vni ademerit neque appareat cui ad emptum sit in qua specie ad emptionem vitiari & vtrumque datum videri prouat text. in. l. 3. §. si duobus. ff. de adimendis legatis. Contra tamen neutri legatum deberi sed ademptionem in vtroque valere prouat tex. in l. si ita fuerit. ii. in fine principij infra hoc tit.

16 Cui difficultati in primis. Respondet Acursius verb. ademptionem in dict. l. si ita fuerit aut incertitudo ad emptionis est personarum tantum aut rerum & personarũ simul. 1. casu valet ad emptio in vtroque iux. text. in. d. l. si ita fuerit posteriore in nullo valet iuxta tex. in. d. §. si duobus quã interpraetationem sequuntur Barto. vbique & ceteri communiter vt testatur Socinus in. d. l. si ita fuerit numer. 11.

17 Sed plane conuincitur sequentibus argumentis. 1. quia ad vtrunque tex. diuinat. 2. quia si sola personarũ, incertitudo vitiat legatum quod fauorabile esse iuxta tex. in. d. l. si ita fuerit eadem quoque incertitudo vitiare debet ad emptionem cum sit odiosa. Tertio quia iuxta eam interpraetationem dissimiles casus essent ad emtionis & legati & tamen Iaf. C. in. d. §. si duobus similes esse credidit de vno casu ad alium inferens, minus prouari potest alia Cumani & Socinij interpraetatio in. d. l. si ita fuerit alia Claudij in. l. si ita scriptũ in fine. ff. de leg. 1.

18 Vnde plerique respõdent text. in. d. §. si duobus in omnibus vulgatis codicibus mendosum esse ideo restitui debere ita vt legatur neutri nõ vtriq; quã literam in non nullis Codicibus reperiri testatur Accursius ibidẽ iuxta quam haec iura inter se conueniunt Sed obstat grauis difficultas ꝙ cum legatum ꝙ fauorabile est propter incertitudinem vitietur multo magis vitiari deuet ad emptio quę est odiosa. l. cum quidam. ff. de liberis & posthumis. Cui difficultati non satisfacit interpraetatio Immolae in. d. l. si ita sit ad scriptum quam merito cõfutauit, Alexander ibi columna fin. vnde receptius est ad emptionem in vtroq; valere eadem ratione qua legatum in vtroq; viciatur. Nam licet ab initio legatum certum fuerit tamen ad emptione secuta redit incertum, nam cũ incertum sit cui adimatur incertum etiã est cui dari deueat, propter quã incertitudinem legatum viciari debet, iuxta regul. supra dictam quam interpraetationem obseruat Areti. in. d. l. si ita scriptum colu. penultima ad medium, & reliqui communiter secuntur, sed cõuincitur primo ex fide Pandectarum Florẽtinarum & vulgatorum codicum in quibus omnibus legitur vtrũq; nõ neutri.

Secundo cõuincitur quia, si ad emptio quae ex se ipsa certa est & odiosa propter incertudinem nõ vitiatur, ridiculum esset dicere legatum quòd fauorabile est & non ex se ipso sed ex ad emptione incertum est propter incertitudinẽ vitiari. Vnde reiectis nostrorũ interpraetationibus dicendũ est quòd quemadmodum legatum propter a incertitudinem vitiatur ita quoque ad emptio propter eadem incertitudinem viciari deuet iux. text. in. d. l. tertia. §. si duobus.

Nec obstat text. in. d. l. si ita fuerit (nam respondeo) tex. illum legendũ non esse ademptionem autẽ prout nonnulli codices habent sed potius ad emptione vt habetur in libris noricis & in omnibus emendatioribus codicibus, vnde sensus erit legata & libertates propter incertitudinem impediri ademptione tamen incerta huiusmodi liuertates & legata in vtrũque vale

que valere quia cum per incertitudinem vitietur ademptio necessarium est legatum impersonis vtriusque legatariorum subsistere.

Verum illud diligenter inuestigãdum est an ius antiquũ quo cauebatur incertis personis frustra legari ꝙ refertur in. §. incertis institu. de lega. noua Iustiniani constitutione correctum sit mouet dubitationem ꝙ imperator in. §. neq;, huiusmodi scribit ius antiquũ de quo supra emendatũ fuisse noua Iustiniani constitutione dubium autem est an id referatur dũtaxat ad speciẽ de alieno posthumo de qua dixit in. §. pręcedenti an etiã ad speciem de incertis personis de qua prius egit in. §. incertis & verius & receptius est etiam speciem de incertis personis emendatam fuisse à Iustiniano ꝙ probatur. 1. ex tex. in. d. §. incertis ibi olim relinqui cõcessum erat quæ verba stulta essent si idem quoque fuisset nouo iure.


Secundo probatur ex tex. in. §. tutor. institutis eodem dum ait tutorẽ nec per nouam constitutionem incertum dari posse vnde constat Iustinianum duntaxat emendasse ius antiquũ in legatis non in tutelæ datione. Sed licet certum sit ius antiquum correctum fuisse tamen non satis cõstat qua in re fuerit emendatũ quod coniecturis assequendum est & constat Iustinianum non constituisse vt valeret legatum relictũ personæ incertę quæ ex nullo euentu certificari potest quia nec potuit id inducere Iustinianus nec dicendum est nouè constituisse vt liceret legare personę incertæ ex certis, quia hoc legatum iure antiquo valebat iuxta text. in. d. §. sub certa neque illud quidem vt valeret legatum relictum personæ incertæ ex inncertis si incertitudo viuo testatore esset certificãda, quia id legatũ etiam iure antiquo valebat vt supra probatũ est vnde cõsequens est vt fateamur Iustinianũ cõstituisse vt valeret legatum relictum personę incertæ ex incertis si incertitudo certificanda esset post mortem testatoris, illud tamen obseruandum est quod si euẽtus inciderit mortuo vel ignorãte testatore in eã personã cui verisimile non sit testatorẽ specialiter legaturũ fuisse legatũ non valebit, quia in omni oratione & concessione generali ea nõ continẽtur quę quis specialiter nõ esset concessurus. l. qui peculij. ff. de peculio. l. obligatione. ff. de pignoribus. Verũ illud videndũ est an tutor incertus testamẽto dari possit & iure antiquo incertum tutorem dari non potuisse probat tex. in. l. tutor incertus & in. l. duo sunt Titij. ff. de testam. tutela. & idẽ esse post nouã Iustiniani cõstitutionem probat tex. in. §. tutor de lega. vnde merito dubitare solet cur datio tutoris incerti nõ valeat nouo iure cum legatũ incertę personę relictũ valeat & fauorabilior sit tutelæ datio quã legatũ & exclusis alijs, solida ratio est ꝙ ab initio tutor certus esse debet ne contingat ex futuro euẽtu suspectus vel talis ꝙ nõ debeat esse tutor pręsertim cum fidẽ & diligentiã eius inquiri nõ oporteat nec teneatur satis dare. l. 4. l. testamẽ. 17. ff. de testamẽtaria tutela. l. penul. C. qui tutores nõ satisdent. & hic de præiudicio pupilli tractatur ne male persona & res eius gubernentur: quę ratio in legatario cessat, quã rationẽ obseruat glossa. in. l. siquis à filio. §. siquis plures. ff. de lega. 2. sequũtur Bar. hic. n. 6. Faber. Balduinus Misingerius & reliqui in. d. §. incertis & in. d. §. tutor vltimo dubitari solet an datio executoris testamentarij incerta valeat. quam quæstionẽ tractant Bartolus hic num. 4. cũ sequentibus & cæteri & omniũ latissime Socinus hic ex. n. 16. glos. Bald. Paul. & reliqui in. l. siquis à filio. §. siquis plures. ff. de leg. 1. elegãter Alexan. consi. 44. lib. 3. Corneus cõsilio. 125. n. 9. volumi. 2. Bertrandus consi. 27. libro. 3.

FINIS.

EL licenciado Diego Muñiz de Godoy prouisor general en todo el obispado de Salamanca, por el Illustrissimo y Reuerēdissimo señor don Geronymo Mãrrique obispo de Salamanca del consejo de su Magestad por la presente doy licencia aqualquier impressor desta ciudad para que puedan imprimir la rubrica y seys leyes primeras del titulo dixestis de Rebus Dubis del dotor Iuan de Leon, atēto que esta bisto y aprobado por el dotor Sahagun las quales imprima sin pena alguna. Fecho en Salamanca a veynte y seys dias del mes de Henero de. 1584.

El Licenciado Muñiz de Godoy.

Iuan Baptista Polanco.



En Salamanca.
En casa de Pedro Lasso.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm